quũ id est non directe oppositus sed obliquõ. esset enim impossibile q̃ per eundem circulũ et super eisdem polis vna sphera ad partes directe oppositas per dyametrum in oriente ⁊ occidente simul moueret. ¶ Notandum etiã q̃ celum ab astrologis p̃mo diuiditur in duodecim ptes equales que dicunt signa ideo signũ est duodecima pars celi. Iterũ aũt quodlibꝫ signũ diuidit in triginta ptes equales que dicũtur gradus. quilibet etiam gradus diuiditur in sexaginta partes equales que dicuntur minuta. sed de huiusmodi diuisionibus infra capl'o scdo amplius dicetur. Quod ergo in textu dicitur distãtes a primis viginti tribus gradibus et cetera si bene intelligatur sunt fere quattuor quinte vnius signi. ¶ Textus. Sed primꝰ motꝰ. Compat duos predictos motus adinuicem vbi simul et tempora quibus illi motus perficiũtur et subdiuisionem scdi motus ab occidente declarat. Compatio ergo est q̃ primũ mobile motu suo omnes inferiores spheras secũ trahit ⁊ rapit ⁊ sic tota regio celestis simul hoc motu vnam reuolutionem in viginti quattuor horis (que continent diem et noctem artificiales) circa terram perficit. Sed inferiores sphere contra nituntur moueri primo mobili ab occidẽte versus orientem super polos suos per circulum zodiacum vt dictum est. ipse tamen inferiores sphere non rapiunt primũ mobile hoc suo motu secundo sicut econuerso. Die vero scdus motus multiplex est ideo non eodem tempore sicut motus primi mobilis sed in diuersis spaciis temporum reuolutiões suas complet. Nona quidem sphera suum proprium motum ab occidente in quadraginta nouem mille annis perficit. et in ducentis annis gradum vnum zodiaci primi mobilis cum dimidio fere percurrit. hec autem sphera omnes octo inferiores secum hoc motu rapit et trahit scꝫ celum stellatum et septem spheras planetarum quo ad orbes deferentes auges eccentricorum preter ꝗ orbes augis lune de quibus tamen plenius q̃r to capitulo huius dicetur. Quod autem addit in textu scꝫ lõgitudinẽ itelligẽdũ ẽ idest ab occidente in orientem qua ex parte sumitur longitudo vniuersi secundum astrologos latitudo vero ab equinoctiali versus polum vt patebit infra capl'o scdo. Octaua vero ⁊ stellifera sphera motum sibi proprium (qui vocatur motus trepidationis aut motus accessus et recessus de quo infra capitulo quarto) in septem millibus annorum circulos duos parvos describendo in capitibus arietis et libre nonc sphere pficit. ⁊ gradũ vnũ zodiaci primi mobilis quandoq̃ tardius scꝫ in cẽtum ãnis. quandoq̃ velocius hoc est in sexaginta ãnis. quãdoq̃ vero in alio mediocri temporis interuallo pranitur. hec tamen diuersitas ex habitudine motus none sphere ad motũ octaue prouenit vt postea explicabitur. Saturnus autem reuolutionẽ integram fere triginta annis perficit. Iupiter fere in duodecim. Mars in duobus annis fere. Sol venus ⁊ mercurius in ãno q̃ est. 365. dierum et sex fere horarum spacium. Luna vero in viginti septem diebus et octo horis. Que oia de mediis motibꝰ planetarum (quos equales vocãt) sunt intelligenda. veri aũt motus eorum quandoq̃ ĩ maiore q̃nq̃ in minori tempore fiũt vt pꝫ in tabulis alphonsi. ¶ Notandum q̃ textus de motu sphararũ celestium iuxta sentenciam eorum qui decem spheras ponũt (eo q̃ illorum sentencia videtur probabilior) determinat. sed secũdum ponẽtes nouẽ tantũ spheras ille motus qui dicitur ab occidente in orientẽ esset ꝓprius octaue sphere quo secundum Ptholomeũ in centum annis gradum vnũ zodiaci regulariter percurrit. ideoq̃ totũ circulum in triginta sex millibus ãnorum pficit. atq̃ hoc motu oẽs auges planetarum preter lune secũ rapit. scd nona sphera que ponitur ab eis primũ mobile vnico scꝫ diurno motu (secũ oẽs octo inferiores spheras rapiens) reuolutur. Thebit vero licet tm̃ nouẽ spheras ponat motũ tm̃ ab occidente in orientem secũdũ longitudinẽ zodiaci octaue sphere negauit eidem tamẽ motũ trepidationis proprium concessit Ptholomeus vero ecõtra hũc ĩ octaua sphera negauit illum vero approbauit. Alii vero planete etiam scõm istos astrologos in spaciis temporum in textu nominatis proprijs motibus reuolũtur. que tm̃ temporũ spacia nõ precise sed grossomodo et ꝓpe veritatẽ sunt accipienda ideoq̃ in oĩbꝰ his hec particula fere subintelligat. Et scõm istorũ sentẽtiã lra auctoris procedebat quã tm̃ parum ĩmutauimus et ad sententiã modernorũ astrologorũ reduximus. scõm quos oꝫ dicere q̃ ille motus ab occidente in orientem primo cõuenit none sphere que nõ est primũ sed scõm mobile ⁊ ipsa hoc motu octauã sphera ⁊ auges planetarum vt dictũ est secũ rapit. Octaua vero sphera preter motũ primi mobilis ⁊ motũ none sphere hꝫ aliũ terciũ motũ sibi ꝓprium

Quid intelligit p gradꝰ et minuta

Diuersitas opinionũ circa octauam ⁊ nonam spheras

Controuersia ptholemei et thebit de motu octaue sphe

qui nō fit sup polos zodiaci vel equinoctialis sed super duo pūcta opposita in zodiaco que sūt principia arietis et libre none sphere vbi duos puos circulos in septē mille ānis principia arietis et libre octaue sphere describunt. atq; graduz vnū predictorū circulorum fere in viginti annis percurrunt. quo etiam motu omnes auges planetarum pterq̄ lune octaua sphera secum rapit. sed de his oibus longus sermo in quarto capitulo futurus ē. ¶ Notādū etiam q̄ cum in celestibus nulla sit motuū contrarietas/ nulla violentia/ aut fatigatio/ nullaq; mobilium resistentia: cum dicimus primū mobile alias nouez spheras inferiores vel secundum mobile octo sibi subiectas aut octauam spheram auges planetarum secum ipetu suo rapere sane intelligendum est ac si diceremus inferiores spheras ad motum superiorum de per accidens trahi. sicut nauta fertur ad motum nauis in qua est. et aqua ad motum vasis in quo cōtinetur. non q̄ inferioribus spheris fiat aliq̄ violentia quandoquidem in naturaliter subordinatis q̄ est naturale superiori est quodā modo naturale et inferiori. Et cum dicimus inferiores spheras primo mobili contrariari intelligendum est id est motu alio et diuerso a motu primi mobilis moueri scz ab opposita in oppositam partem

Quomō intelligit q̄ primū mobile rapit inferiores speras.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq; celeberrimi questio secunda.

Queritur secūdo vtrū sint pcise .9. sphere celestes ⁊ nō plures nec pauciores. Et arguit ꝑmo q̄ nō. Et ꝑmo q̄ sint pauciores q̄ nulla est sphera celestis ergo. ꝑna tenet aūs pz quia sphera dz esse corpus solidū vt patuit dictū est mō nulla est sphera in celo que sit corp⁹ solidū imo ālz est pcaua. ¶ Secō sic qz si essent plures sphere celestes vel essēt ꝓtinue vel ꝓtigue. sz nullū pōt dici igit. maior nota ē minor pz ꝑmo q̄ nō sūt ꝓtinue qz ꝓtinuoꝝ est idē mot⁹ mō spherarū celestiū nō est idē mot⁹. nā orbes inferiores mouent ꝓtra motū firmamēti ꝓplēdo reuolutōes suas in certis tpib⁹. Nec pōt dici q̄ tales sūt cōtigue q̄ pz qz capitis supficieb⁹ duaꝝ sphera ꝝ imediatarū. s. ꝓuexa inferioris ⁊ concaua superioris: tunc q̄rit vel ille due supficies sint eedē vel diuerse si eedē sequit tūc q̄ ille due sphere sūt vna ex quo earū vltima sūt vnū. Si sint diuerse q̄rit vtrū sint eq̄les vel ineq̄les. Si sint eq̄les tūc hoc est contra Euclidē in vna ꝓpositōe ēcij geometrie q̄ circa idē cētrū nō ꝓtigit collocare plures circulos eq̄les. Si sint ineq̄les sequit q̄ cū vna ꝓtineat alia tāq̄ loc⁹ locatū q̄ loc⁹ nō est eq̄lis locato cōtra. p. q̄rto phisicoꝝ. Et cōfirmat rō ⁊ ymagmet vna linea ꝓtracta a cētro terre p vna illaꝝ sperarū vsq; ad supficiē cōcauam sphere cōtinētis ⁊ capiat pūct⁹ terminās illā lineā. Tunc queritur vtrū talis pūct⁹ sit in supficie cōuexa sphere inferioris vel nō. Si sic sequit q̄ cū in supficie ꝓcaua sphere superioris sit tūc ille hūt eādē supficiē qō est ꝓpositū. Si dicat q̄ nō tūc capio pūctū terianē lineā in supficie ꝓuexa sp̄e inferioris ⁊ pūctū i ꝓcaua superioris. ⁊ int illa duo pūcta est distātia ⁊ sic ille due distant ab inuicē ⁊ p ꝑns inter eas est vacuū. cōtra. p. 4. phisicoꝝ. ¶ Tertio sic qz est solū vna sphera aque/ vna terre/ ⁊ sic de aliis q̄ etiā ē vna sphera celestis ꝑna tz a sili. ⁊ pz ex alia rōe qz nisi sic tūc essēt plura corpa simplicia q̄ꝝ. s. ꝓtra. p. ꝑmo celi. seq̄retur etiā q̄ idē mot⁹ simplex deberetur plurib⁹ corpib⁹ simplicib⁹ scōz se ꝓtra eūdē ibidem ¶ Quarto sic qz nō ē nona sphera igit. tz ꝑna. ꝓbat aūs qz superflue eēt illa nona sphera q̄ nō est. tz ꝑns qz deꝰ ⁊ natura nichil faciūt frustra ꝓbat aūs qz si nō eēt superflue maxie deseruiret ad influēdū in istis inferioribⁿ sz hoc nō q̄. ꝑna est nota maior pz qz ꝓpt aliā cām nō req̄runt corpora celestia. maior pz qz sphera nō influit nisi rōe stelle in ea pāte mō in illa nona sphera nulla est stella sz bñ in aliis q̄ nō influit. ¶ Deinde arguit q̄ sint plures qz plures sūt stelle q̄ꝝ .9. vt notū est mō ālz stella est vna sphera q̄ est corp⁹ solidū vna supficie ꝓtētū q̄ sūt plures sp̄e q̄ꝝ nouē ¶ Secō sic qz ꝑ quolz planeta ponunt tres orbes seu sphere q̄ ponūtur plures q̄ꝝ .9. ꝑna est nota. aūs pz qz ꝓ sole ponunt tres orbes. s. duo eccētrici q̄tū ad vnā supficiē. ⁊ terci⁹ eccentricus q̄tū ad ābas. et ita etiā ꝑ quolz planeta cū hoc etiā q̄ ponūtur epicicli ꝑ aliq̄bus planetis. ¶ In oppositū arguit ꝑ autorē in lka ⁊ etiā ꝑ astrologos ponētes .9. spheras celestes. In q̄stōe erūt duo articuli. In ꝑmo erunt notabilia. et videbit de .8. spheris inferioribus. Et in secō videbitur de nona an sit ponēda ⁊ an sint plures ⁊ mouebunt dubia. ¶ Quātū ad ꝑmū sciēdū est q̄ sphera hic sumēda est large ꝓut se extēdit ad orbē. Secō notādū est q̄ aliq̄ ymaginationes

Primus articulus

Opinio

gimabant celū esse vnā massam totaliter continuā ꝛ vna eius ps mouebat ad vnā ptē ꝛ alia ad aliam ptem. nec sic ex talibus diuersis motibus sequit discōtinuitas qz ponebāt celū eē talē massā fluxibilē ad modū aq̄/mō fluxibiliū bn̄ sūt diuersi mot⁹ q̄uis cōtinuoꝝ sicut aqua. Sed breuiter illa ymaginatio est ptra Aristotelē ꝛ ocs phos ꝛ astrologos: nā sic hēent ponere vnicā sphērā celestē ꝛ stellas moueri sicut pisces in aquis qō est falsū. Et ideo sic dicēdū est de

Reprobacio

ptinuitate ptiū eiusdē sphere inter se ꝛ de disptinuitate diuersaꝝ sparū int̄ se. ¶ Pro q̄ notādū est q̄ duplr dr̄ aliq̄ ptinua. vno mō de per se sicut homo dr̄ vn⁹ hō cōtinu⁹. alio mō quātitatiue ꝛ hmōi ptinuitas quātitatis dr̄ esse q̄dā qualitas scōa ꝑs ex hūido viscoso qua qualitate ptes se tenēt adiuicē. ꝛ ab aliq̄ b⁹ vocat tenacitas ptiū. Sz q̄tū ad corpa celestia ē ymaginādū q̄ sicut in illis est raritas ꝛ dēsitas alītius rōis q̄ sint raritas ꝛ dēsitas i istis iferioꝛib⁹ ita et ptinuitas. et ideo qz ptes eiusdē sphere se tenēt dicim⁹ esse vnā sphērā cōtinuā. ꝛ ptes duarū sperarū nō se tenēt. ideo non dicim⁹ eas eē cōtinuas sz bn̄ ptiguas. Verūtū q̄dā volebant reddere cām cōtinuitatis ꝛ discōtinuitatis in celo p intelligēcias. vn̄ sicut nō stat hic iferius aliq̄ eē ptinua bn̄tia formas diuersarū specierū ita ēt i celo nō stat aliq̄s spas eē ptinuas si hēant diuersas itelligētias. istud tn̄ nō sufficit. ppt vnā cām qz diuersis eccētricis eiusdem

Triplicit capit sphera

sphere totalis est eadē intelligētia tn̄ sūt discōtinui int̄ se. ¶ Scōo notādū est q̄ capiēdo spaz large sphera capit̄ triplicit. pmomō qz est q̄dā ps celi spica q̄uis nō separata a toto nec suppōi talit̄ exp̄ns. ꝛ istomō q̄lz stella vocat vna spa ꝛ sic sūt plres spe q̄. 9. vt notū est. scōomō dr̄ aliq̄ sphera qz est vn⁹ orbis separatus a toto ꝛ suppositi taliter exp̄ns ꝛ istomō pro quolz planeta sunt tres sphere vel tres orbes. verbigra. p sole sunt tres orbes qui dr̄ eccētrici. s. vn⁹ q̄ est eccētricus quo ad supficiē cōcauā solū. ꝛ alter est eccētric⁹ quo ad supficiē ꝓuexā trn̄. et alt̄ est eccentricus quo ad ābas ꝛ vocat deferēs. Et isto mō etiā epicicli dr̄ orbes ꝛ sphere ꝛ sic scōm istū modū sunt plures spere q̄. 9. vt notū est. Sz tcio mō dr̄ aliq̄ sphera vna qz est aggregatū ex oīb⁹ orbibus requisitis ad saluādum oīa illa q̄ apparēt circa motū alicuius planete. ꝛ isto mō tres eccētrici cum epiciclo ꝛ corpe planete nō dr̄ nisi vna sphera ꝛ ita loqndū est de spis in ꝓposito. Vn̄ aduertēdum est q̄ aliq̄ negauerūt hmōi eccētricos ꝛ epiciclos et apparētias

De octo inferioꝛib⁹ speris

cogētes phos et astrologos ponere hmōi epiciclos voluerūt saluare p inundatōes ptiū celi sicut p inundatōes ptiū maris. ¶ Tertio notādū est q. p. viderunt plures stellas moueri ab oriente in occidentē ꝛ viderunt illas stellas continue se hr̄e in eadē ꝓpinquitate ꝛ distācia ab inuicem ꝛ primo moti fuerūt ponere vnā sphērā ꝓ oībus illis que vocatur firmamētū ꝛ illa ponitur esse. 8. sphera a phis ꝛ ab astrologis. Deide ipsi viderunt alias. 7. stellas aliquando plus appropinquare adinuicem aliquādo plus recedere aliquādo cōiūgi inter se ꝛ aliquādo opponi ꝛ p hoc cōcludebāt q̄ ille. 7. erāt in. 7. orbibus diuersis suppositis q̄ stella nō mouet in celo sicut pisces in aqua. ꝛ ille. 7. vocātur planete erratici. Et alie stelle que sunt in octauo celo vocant̄ stelle fixe. Et de ordīe istoꝝ orbiū. 7. planetarum erraticoꝝ orbis saturni ponit̄ supior post. 8. sperā. deīn orbis iouis. deīn orbis martis. deīn orbis solis. deīn orbis veneris.

Secundus articulus De nona spa.

deīn orbis mercurii. ꝛ finaliter orbis lune. Et hec de pmo articlo. ¶ Quātū ad scōz aduertēdū est suppōsito q̄ sūt. 8. spe iferiores. s. 7. spe. 7. plānetarū erraticarū ꝛ octaua q̄ dr̄ firmētū q̄ de positōe. 9. spe sunt vna opio ātiquoꝝ. p. ponēciū. 9. spā nō eē ponēdā sz pcise octauā. Et isti nō pceperūt. 8. moueri plib⁹ motib⁹ sz pcise dicebāt ipāz moueri vno motu firmamētisz diurno. Et ideo nō pceperunt ne cessitatē cogentē ponere. 9. spā. Sed breuiter illa opinio est contra astrologos ꝛ fundat̄ in vno q̄ est cōtra rei veritatē scz q̄ octaua spera nō mouetur nisi vno motu simplici. Et ideo est alia opinio ponēs istā pclōez q̄ est ponēda vltra octauā spa. 9. Pro cui⁹ declaratōe ponēde sunt aliqne propositōes vel suppositiones. Primo supponitur q. 8. spa. mouetur duplici motu. s. vno motu ab oriente in occidentem supra polos mūdi qui vocat̄ motus diurnus. ꝛ alio motu ab occidente in orientē sup polos zodisci qui vocat̄ motus sibi proprius. Vn̄ primo motu. 8. spa cōplet reuolutionē suā in. 24. horis. sz scōo motu solum mouet̄ vno gradu in. 100. ānis et sic in. 36000. annis cōplet reuolutionē suā ꝛ ppt̄ hoc q̄ iste mot⁹ proprius est nimis tardus ideo antiq̄ phi nō pceperūt illū. Scōo supponit̄ q̄ eadem spa nō mouet̄ diuersis motib⁹ a diuersis intelligentiis sibi applicatis. Tertio supponit̄ q̄ aliqua spa nūq̄ mouet̄ ad motū spe iferioris sz bn̄ ad motū spe supioris. pz ex essentiali subordinatōe

intelligẽtiarũ scõz q̃ subordinant orbes. Quarto supponit q̃ vna spa nõ mouet diuersis motis scõz naturã ppriã. ¶ Istis suppositis, pbat conclusio qz octaua spa mouet duplici motu pmã suppõez z nõ p eãdẽ itelligẽtiã sibi applicatã p scõaz. nec ꝯ diuersia sibi applicatis p tciã g̃ mouet vno suo motu ad motũ alicui alti spe. z nõ spe iferioris p q̃rtã suppõem g̃ hoc est a motu supioris z hr ppositũ z sic pz pclo pbata. Verũ ti fuit vna opio aliquoz ponẽtiũ octauũ spã moueri duplici motu vt dictũ est nõ tñ ppt ꝗ posuerũt nonã sphera. et dixerũt q̃ ipsa mouet duplici motu ab eadẽ intelligẽtia. Et ad hoc mouebant duplici rõne. Prã est q̃ spa nobilior dz esse supma inter alias mõ. 8. nobilior est cũ sit decorata tot notabilibus stellis et non aliqua aliarum g̃ debet esse supma. Scõa ratio qz illa. 9. de nullo deseruiret qz nõ influeret in istis inferioribus ppter defectum alicui planete. Sed breuiter q̃ sit ponẽda. 9. arguit qz motꝰ pmi mobilis dz esse simplicissimus scõz q̃ hr. 8. phisicoꝝ g̃ pmũ mobile debz moueri vnico motu simplici sz sic nõ est de octaua spa igit ipa nõ est pmũ mobile z p ꝓns nona spa est ponẽda. Scõo sic tpo est mẽsura motꝰ pmi mobilis vt habet quarto phisicoꝝ cũ g̃ tẽpus debeat esse regulare cum sit mensura oim aliorum sequitur q̃ motus primi mobilis debet esse regularissimus et p ꝓns simplex z sic ponẽda est nona sphera ¶ Sed restat dubitatio si vltra illam nonam spheram sit aliqd. breuiter istud dubium pot hre duplicẽ sensum vnꝰ est de aliis spheris scz vtrum supra illam nonam sit ponẽda aliqua alia sphera. vel sic vtrum vltra illam nonam spheram sit aliqd. Et primo dicendum est de primo sensu. et postes de alio. Pro quo est aduertendum q̃ cõis opinio apud astrologos est q̃ adhuc vltra. 9. decima sit mobilis probant hoc suppositis tribus suppositionibus vltimis positis pro questione prius posita. vltra supponunt q̃ octaua sphera cum motu proprio et diurno mouetur tercio motu qui dicit motus accessus et recessus. Quo supposito probant intentũ suũ arguẽdo sicut prius, qz octaua sphera mouetur duobus diuersis motibus preter suum motum proprium et non mouetur illis duobus motibus ad motum eiusdem sphere superioris sed ad motum duarum scz vno ad motum none sphere et alio ad motum decime sphere. ¶ Ulterius aduertendum est q̃ probabile est ponere vltra spheras mobiles spheram quiescentem. Nõ potest persuaderi aliqbꝰ rationibus. prima est supposito primo q̃ quicquid mouetur localiter mutat locum secũdum se vel suas partes. suppositio nota est ex terminis. ex quo sequitur q̃ quicquid mouetur localiter est in loco patet quia alias non mutaret locum. Quibus suppositis arguitur sic. quelz sphera mobilis mouetur localiter vt supponitur ergo mutat locum secundum se vel secũdz suas partes per primã suppositionem. ergo est in loco per secundã. et vltra quelibet sphera mobilis est in loco sed non in sphera sibi inferiori: quia locus debet circũdare locatum: ergo est in sphera superiori et per consequens oportet eẽ aliã quiescentem. Secũda ratio est quia in celo reperiuntur drie põnũ scz ante/retro/dextrum et sinistrum: non solum per respectum quo ad nos sed ex natura rei vt dicit philosophus scõo celi. modo hoc non potest saluari per spheras mobiles. et causa est quia in spheris mobilibus pars que est modo dextra: iam erit sinistra. et pars que modo ẽ sursum erit iam deorsum vt docet experiẽtia ergo sequit q̃ oportet ponere sphera quiescentem in qua expte rei reperiantur huiusmodi dre positionum. Tertia ratio est quia diuersitas in fructibus et moribus hominũ et in piuribus aliis reperitur ipartibꝰ terre inter orientem et occidentem que partes terre distãt a polis. modo ista diuersitas nõ potest saluari ex parte sperarum mobilium cum omnes habitantes in illis partibus equales aspectus habeãt q̃tum est ex parte corporum celestium. et ideo ad hoc saluandum oportet ponere quiescentem sphera. Posset confirmari quia omnes stelle maiorem virtutem habent in oriente q̃ in alia parte celi. et sic ponendum est esse sphera quiescentẽ. et sic patet quomodo probabile est ponere vndecim orbes celestes vel spheras scz. x. mobiles et vedecimam quiescentem. Sed de secundo sensu dicendum est q̃ vltra vltimam spheram nichil est. patet quia si esset aliquid vel illud esset corpus celeste vel corpus elementale. Non primũ quia tunc vltra vltimam spheram esset alia. nec elementare quia oporteret q̃ ibi perpetuo violente collocaretur et de hoc determinatur magis plene in secundo celi. ¶ Ad rationes ad primam dicitur breuiter q̃ lz antecedens sit falsum consequentia non valet quia ibi capitur sphera large prout se extendit ad orbem ¶ Ad scõam dicit q̃ sunt contigue ad im.p

Conclusio responsalis.

Opinio quorundam

Re.pbatio.

Bonum dubium

De sphera quiescente

Ad rationes questionis

bationē dicitur q̃ due ꝛ diuerse superficies sunt. Et cum queritur vtrum sint equales dicitur q̃ sunt inequales. et tunc cum dicitur locus est eq̃lis ꝛc. dicit q̃ illud est intelligendū q̃ locus est equalis locato q̃ tum ad continentiam et q̃ continet locatum et non plus neq̃ aliq̃d aliud Ad confirmationem admittatur casus, et tunc cum queritur vtrum illa sint immediata vel non etc. dicitur q̃ sunt immediata inuicē nec est inconuenien de punctis terminantibus sed bene est inconueniens de pūctis continuantibus vt habetur sexto phisicorū modo illa duo pūcta sunt terminantia et non cōtinuātia quia sunt in corporibus discontinuis. ¶ Ad tertiam etiā conceditur p̃ns sed non solum etiam p̃ns non valet nec est simile. Et cum probatur ratiōe q̃ plura essent corpora simplicia q̃ quinq̃ conceditur secundū speciem specialissimam sed scōm subalternam solum sunt quinq̃ et ita diceretur etiam de motibus simplicibus ¶ Ad quartā negatur ans. Ad probationem negatur quod superflue poneretur ꝛ cum dicitur q̃ ꝛc. negat q̃ non influat. Et cum dicitur sphere non influunt nisi ratione stelle dicēdum est q̃ secundum aliquos plures sunt stelle in illa nona sphera sed non videntur propter nimiam distanciam. Alter posset dici q̃ non oportet quālibet influentiam prouenire ratione stelle. Ad alias rationes dicitur q̃ ille non arguūt contra dicta quia non arguunt capiendo sphērā tertio modo dicto in tertio notabili ꝛ hec de questione. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

¶ Tertia pars probat que in secunda parte dicta sunt et primo de motibus celorum.

De motu primi mobilis

Primū signū

Secundum

De motu aliorum

De luna.

De sole

De q̃nq̃ aliis planetis.

De octaua sphera

De nona.

Quod autem celum veluatur ab oriente in occidentem duplex signū est. primum quia stelle que oriuntur in oriente semper eleuantur paulatim et successiue quousq̃ in medium celi veniant: ꝛ sunt semper in eadem propinquitate et remotione ad inuicem: et ita semper se habentes tendūt in occasum continue et vniformiter. Est et aliud signum stelle que sunt iuxta polum arcticum (que nobis nunq̃ occidunt) mouentur ꝓtinue ꝛ vniformiter circa polum describendo circulos suos: et sunt inequali distancia adinuicem et propinquitate. Ms̄ per istos duos motus continuos stellarum tam tendencium ad occasum q̃ non: patet q̃ firmamentum mouetur ab oriente in occidentem. Sed q̃ inferiores sphere moueantur ab occidente in orientem plura sunt inditia. Si quis enim lunam de sub radiis solis exeuntem vesperi certa hora inspiciat: notetq̃ eius ab occidente distantiam: sequentibus diebus eadem hora propiorem eam videbit orienti. In sole autē hoc est signū. si eo occasum tenente stellam aliquam fixam in aliquanta ab occidente distancia notauerimus: post hebdomadas duas aut tres iterum sole occiduo eandem stellam soli et occidenti videbimus propinquiorem. sol igitur accessit ad stellam q̃ ꝗ est orientem versus moueri. Erraticarum vero quinq̃ stellarum motus ad orientem (eis ad stellas fixas: quibus propinque in noctis serenitate apparent: relatis) manifeste deprehēduntur. In octaua autē sphera propter eius rarditatē motū hunc vnius hois vita experiri non pōt. locis tamē stellarū in vita vnius ad eadē in vita alterius compatis cognitus est. De nona autē sphera nulla oino experiēcia (cum stellis careat) sed sola ratione cogente id habitum est.

¶ Hec est tercia pars principalis huius capituli in qua auctor probat fere omnia que in secunda parte precedente proposita sunt. habet igitur duas particulas prima probat ea q̃ circa regionem etheream proponebantur. secunda que incipit ibi: quod eciam terra. probat circa regionem elementarē proposita. ordine eiūs retrogrado in probatōe sua procedit ¶ Circa istam

primam particulam est notandum q̃ quattuor principalia fuerant circa regionem etheream p̃posita diffinitio scz diuisio figura et motus celorum. duo autem prima phica magia q̃ astrologica expetunt probationem. et si quid eorum astrologo est pertinens in superioribus expositionibus proposse enodauimus. duo igitur vltima probat figuram scz et motum celi. Primo itaq̃ probat ea que de motibus celorum dicta sunt secō ea que de eorum figura proposita fuerant ibi: quod aūt celum sit rotundum. motū aūt celorum signis et experimētis sicut dictum est fieri probat. In probatiōe autem duo facit. primo probat motum primi mobilis. secūdo motus inferiorum spherarū: ibi: sed q̃ inferiores. motū primi mobilis (quo etiā oēs sphere reuoluunt) duplici signo probat esse. primū sumit ex stellis q̃ nobis oriunt et occidūt et est tale. videmus enim p̃stellationē aliquā duarū triū aut pluriū stellarū nobis notā vt vbigēs pleyadas sup orientē eleuatas p̃tinue quousq̃ ad mediū celi veniāt a quo iterū labunt et descēdūt in occasum ergo celum mouetur ab oriente per meridiem in occidentem. antecedens patet ad sensū consequentis probatur quia dicte stelle non mouentur per se sed per accidens ad motum sui orbis q̃ ex eo patet quia vt dicit textus semper ad se ipsas eandem habent propinquitatem et remotionē. Uel forte hoc dixit ad remouendum cauillationē poterat enim aliquis dicere q̃ non sunt eedem stelle sed alie ille que apparent in oriente ab illis que postea in meridie vel occidente videntur. Sed hoc falsum est quia semper videmus totidem stellas numero et in eondem distancia et propinquitate adinuicem. Istud tameu signum immediate et directe probat octo spheras inferiores ab oriente in occidentem moueri: mediate vero et directe primū mobile q̃ illas tali motu rapit ¶ Secundū signum ponitur ibi est et aliud q̃ sumitur ex stellis propinquis polo artico cui modi sūt due vrse que nobis septentrionalibus nunquam occidūt. ille enim circulariter voluuntur in circuitu poli que zenit capitum nostrorum quādoq̃ appropinquantes inde versus occidentem declināt cū vero circo orizontem descenderit hic versus orientem recurrunt. ergo celum stellatū in quo dicte vrse sunt et per consequens primū mobile circumducitur ab oriente per meridiem versus occidentem iterum rediens in orientem. ātecedens supponitur sensu manifestum p̃sequēcia probatur sicut prius semper enim ille stelle sūt in eadem distancia adinuicem. Patet ergo per hec duo signa tam stellarum tendētium ad occasum q̃ etiā aliarū que nobis nun q̃ occidūt firmamētū id est celū stellatum et per ōnē totum celestē regionē moueri ab oriente versus occidentē. ¶ Notandū q̃ iste duo rationes nichil cōcluderent si quis proterue vellet dicere q̃ celū nō mouet sed oīuo quiescit terra aūt simul cū mari circulariter mouetur ideoq̃ ortū et occasum stellarū suo motu nobis opparere facit. Sed dicendū q̃ hz ortus et occasus stellarū possit saluari illo modo nō tm̄ p̃iūctiones et eclipses aut alij aspectus. Hec tū obiectio infra cum de quiete terre diseremus falsa et inefficax apparebit ¶ Notandū etiā q̃ ideo celum ab oriēte in occidētem scōm oēs suas spheras mouet vt influentie et vtutes stellarum ad oēs ptes terre pueniant. motus enim iste primi mobilis de quo nūc loquimur scōm phm in scō de generatōe est causa esse et pmanentie rerū corporalium. motus vero alius qui est per circulum obliquū et quo adducitur et obducit generans sol cā est varietatis et alternationis generationū et corruptionū. Antiqui tm̄ phi vt pz in scō metheorō. ppter oppositā cām celū sic terrā circuire dicebant credentes. s. solē et alia astra esse animalia cibo egencia sicut et terrestria animalia: cibus aūt astrorū humidū ab aqua et terra p̃ euaporationem eleuatum dicebatur. sic ergo fame compulsa astra terram et mare circuire putabant vt ex diuersis partibus sufficiens haberetur alimentum: sed istoo Aristoteleo deridet. ¶ Textus. Sed q̃ inferiores. Probat scōm motum spherarum inferiorum et primo quo ad septem planetas secundo quo ad duas alias spheras. ibi: in octaua autē. Circa motus autem proprios planetarum tria facit. primo dat experimētum de motu lune dicens hoc modo lunam versus orientem moueri nos posse deprehendere. si enim post coniunctionem suam cum sole (quando noua apparet) inspiciatur certa die et hora vt puta hodie hora sexta vespertina et notetur secundum existimationem eius ab occidente et a sole distancia. sequenti secundo aut tertio die notabiliter ab occidente et a sole eadem hora remotior orientiq̃ propinquior videbitur et sequentibus adhuc diebus propinquior. tandem post quartam decimam diem opposita soli occidenti eadem hora in oriente videbitur ergo luna mouetur

Cauillatio dictorum aduertenda.

Quare celum motu suo terram circuit.

Explicitis de motu lune

ab occidente versus orientem et per ꝓsequēs celum eius. ¶ Secundo ibi. In sole autem. probatidem de sole, etiam sensibili experimento ꝙ tale est. notetur stella aliqua fixa (cum sol occidit) prope occidentem apparens et signetur per ymaginationem talis stelle a sole et occidente distancia. post quindecim vero aut viginti dies iterum sole in occasu posito eadem stella fixa inspiciatur et videbitur soli et occidenti notabiliter propinquior. et sic in pluribus adhuc diebus appareret propinquior et tandem stella disparebit pre nimia eius ad solem propinquitate. igitur oportet dicere ꝙ vel stella accessit ad solem vel econuerso sol ad stellam. sz non potest dici primū quia non accessit stella ad solem per motum primi mobilis quia illo motu equalit tempore omnes sphere rapiuntur, nisi enim essent motus proprij planetarum quecunqs due stelle siue fixe siue erratice aliquanto spacio celi distarent semper tanto precise distarēt. Nec accessit stella ad solem per motum proprium octaue sphere quia ille motus nō est ad occidentem sed ad orientem vt paulo post apparebit. et dato ꝙ esset ad occidentem cum motus ille tardissimus sit: nō fieret in tam paruo tēpore tam notabilis appropinquatio eius ad solem. oportet ergo dicere scōm sz ꝙ sol accessit ad stellam et hoc est moueri ad orientem

Alia de motu solis.

Alia de quinqs planetis

¶ Tercio ibi. erraticaq; vero. Dat signum de motu proprio aliorum quinqs planetarum a luminaribus et est ꝙ cognito aliquo eorum in stellate noctis claritate notetur stella aliqua fixa iuxta illum eiusqs ab ea distancia. et post duas aut tres sex vel octo noctes iterum eedem stelle fixa sz et erratica inspiciant. et reperietur planeta eidem stelle fixe aut propinquior aut remotior ergo planeta ille (si non retrogradus fuerit) ad orientem mouetur. patet consequētia sicut in experimento de sole. Sed de differentia stellarum fixarum ab erraticis supra duo dedimus signa primū fuit ex inequali distancia planetarum ad seipsas et ad alias stellas. secundum ex scintillatione stellarum fixarum. ¶ Notandum ꝙ posset dari vnum experimentū cōe pro omnibus planetis tale quia omnis mediocriter aspiciens stellas videbit notabiliter diuersas in celo constellationes. cum igitur manifeste appareat quēlz planetā mutari ab vna stellarum constellationum in aliam: et modo iuxta quasdam stellas fixas modo iuxta alias appareat semper versus orientem: manifestum est omnes planetas ad orientem moueri. Et in luna quidem hoc quotidie et quolibet mense experimur nūc enim iuxta pleiadas et in tauro nunc autem iuxta canē et in cancro vel leone apparet trium aut quattuor dierum facto interuallo. In venere quidem et mercurio intercidente mense easdē mutationes videmꝰ. Mars autem fere post duos menses cum medio ad signum aliud aliamqs constellationem transfertur. Jupiter etiam post annū in alio signo apparet. vt si verbigratia hoc anno iuxta stellas signi scorpionis ipsum videas anno sequenti inter stellas sagittarij eum aspicies. Saturnus vero duobus annis cum dimidio fere vnū signum occupat deinde mansionem mutat. De sole autem licet id verum sit nō tamen est sensui manifestum eo ꝙ in eius presentia nulla stella apparcat. Sentimus tamen eius in anno accessum et recessum in zodiaco manifeste. ¶ Notādū vlterius ꝙ quidam hos motus proprios planetarum ab occidente in orientem (quāuis ita vt diximus sint manifesti) negauerunt. dicebant enim ipsos non esse veros sed fantasticos z solum apparentes motus. hoc modo quia putabant primū mobile non sic inferiores spheras impetu suo rapere quin ille aliq̄to spacio retardarentur. sed differēter octaua enim sphera eo ꝙ primo mobili propiuquior maiori violentia rapta in centum annis solo vno gradu retardari potest. Saturnus vero eo ꝙ remotior in mense per vnū fere gradum. Jupiter per duos gradus cum dimidio. mars per quindecī gradus fere. sol venus et mercurius per vnū signū in mense retardantur. luna aūt quolibet die per tredecim gradus. vñ id ꝙ nobis apparet esse motum lune vel alterius planete versus orientem isti dicebant non esse motum sed talis planete retardationem. ¶ Sed hic error ex ignorantia philosophie prouenit. nōn enim viderāt isti Aristotelem in secundo de celo optime dicentem in celestibus nullam violentiam nullam fatigationem nullam deuicq; ī potentiam quo ad motus eorum reperiri posse hoc autem hec falsa opio supponit vt pz intuenti. etiā dicta opinio non saluat oēs motꝰ apparētes in celo. f. eclipses z tropicos solis aliaqs hmōi. ¶ Textꝰ. In octaua aūt sphera. Probat motū ab occidēte ī orientē ī duabꝰ aliis spheris z primo in octaua dicēs ꝙ iste motꝰ octaue spe ab occidēte in

Experimentum ꝓ omnibus planetis septem

Opinio falsa.

Reꝓbatio.

orientem non est sic immediate ab vno homine experimẽto cognoscibilis propter eius nimiam tarditatem. cognoscitur tamẽ mediate ab vno homine scz adiuto per cognitionem habitam ab alio. eo q̃ insensibilis est zodiaci portio quã octaua sphera in vnꝰ horis vita prãsit q̃ non nisi fere in cẽtũ ãnis gradũ vnũ. Nisi g̃ quis loca stellarũ in zodiaco suo tpe deprehensa ad loca earũ tpe alterius iãdiu habita cõparet nullã motꝰ octaue spe cognitionẽ hẽbit. Et hoc modo Ptholemeus z plerisq̃ alioꝝ sapiẽtũ stellarũ fixarũ motũ versus orientẽ cognouerũt. Cõsiderauit eũ magnꝰ ille astrologie p̃ceps in libris antiq̃ũ p̃decessoꝝ suoꝝ loca stellarũ ad eoꝝ tpa verificata z notauit locũ vnꝰ stelle (q̃m motu vnꝰ earũ habito habeẽt z motꝰ oiz aliarũ) sitq̃ ea coz leonis q̃ tpe dictoꝝ ãtiquoꝝ erat vbigfa in duodecio gradu leonis id ẽ erat directe sub tali pũcto zodiaci p̃mi mobilis q̃m ad illũ astrologi suas ꝓputatões referũt. Cũ igit̃ de motu p̃mi mobilis certissimã habeamꝰ regulã z rõez: inspexit suo ipe aut tabulari aut instrumẽtali calculatõe qua hora quo ve minuto p̃dictꝰ duodecimꝰ leonis gradus in certo loco orizontẽ ascẽdẽdo ꝓtingeret. z vidit dictã stellã scz coz leonis tũc nõ ascẽdere nec apparere sed post pusilũ z signabile tpꝰ vidit eã ascẽdentẽ nec p eũdẽ scz p aliũ orizontis locũ. argumẽtatꝰ est igit̃ eãdẽ stellã sub p̃dicto gradu zodiaci p̃mi mobilis iã nõ eẽ sed ad aliũ mutatã fuisse. quã tiratẽ aũt motus eiꝰ ex spacio signati tpis a p̃dictis antiq̃s vsq̃ ad ipm̃ inuenit. facta igit̃ diligẽti ꝓputatõe tpõrum ducẽtos ãnos a p̃dictis astrologis vsq̃ ad ipm̃ effluxisse cognouit. motu aũt stelle duoꝝ graduũ iuẽto ꝓclusit stellã dictã in centũ ãnis gradu vno zodiaci p̃mi mobilis moueri z p ꝓna oẽs alias stellas z totã octauã sphẽrã eũdẽ motũ hãe dixit. ¶ Scõ ibi: sed de nona. Declarat motũ ꝓpriũ none spe dicẽs q̃ licet iste motꝰ exp̃imẽto ꝓbari nõ possit q̃ nullas stellas hz nona sphera rõne tũ hũc motũ cẽ ꝓuinciẽ. Octaua eũ sphera triplicẽ repit̃ hãe motũ vnũ p̃mi mobilis ob orientẽ. z p̃ter hũc duos alios cũ igit̃ vnꝰ corporis simplicis sit tũ vnꝰ motꝰ simplex alter illoꝝ motũ erit octaue sphere ꝓpriꝰ alter alienꝰ. necessario g̃ oz dari aliã sphẽrã cui ille motꝰ sit ꝓpriꝰ z hec est nona sphera. De tarditate tũ huiꝰ motꝰ hãc dãt moderni regulã q̃ in q̃draginta nouẽ millibꝰ ãnoꝝ reuolutionẽ vnã faceret. ita vt p̃ncipium arietis none sphere in eo tpe sub quolz pũcto ecliptice p̃mi mobilis fozet. z in ducẽtis annis gradũ vnũ eiusdẽ ecliptice fere cũ medio pcurreret. Sz quõ huiꝰ motꝰ rĩa habita sit demonstratõe geometrica ostẽdere nos oporteret. cũ eũ totalis motꝰ stellarũ fixarum sub zodiaco p̃mi mobilis irregularis inueniat̃. z mõ tardior mõ velocior appareat: necesse ẽ dicere motũ illũ ex duobꝰ rĩarib̃ motib̃ eẽ aggregatũ. hij aũt sũt motꝰ ꝓpriꝰ octaue z motꝰ ꝓpriꝰ none. cognita g̃ motus totalis stellarum fixarũ variatione regula certa cuiꝰ lz illoꝝ motuũ ad illuz totalem cõcurrẽtium elici põt. q̃ vt diximus opere geometrico fieri oportet.

Quomõ scitus est motꝰ octaue speze ab occidẽte.

De motu nõne sphere

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq̃ celebratissimi questio tercia.

QUeritur tertio vtrum motus p̃mi mobilis ab oriente in occidentem circa terram sit vniformis. Et arguitur primo q̃ non quia celum nõ mouetur g̃ questio p̃supponit falsum. ꝓna est nota antecedens patet multipliciter. primo sic: quia celum ꝓtinue est in eodem loco g̃ non mouetur localiter. Secundo patet quia terra mouetur localiter cũ aliis tribus elementis g̃ celum quiescit cõsequẽtia tenet quia regio elementaria non potest moueri localiter nisi in ordine ad aliquod fixum quiescens modo non videtur quid sit illud q̃escens fixum nisi celum g̃ quiescit. antecedẽs pz quia terra non minus mouetur q̃ alia tria elementa sed illa mouẽtur. pz de aqua q̃ fluit et refluit vt pz scõo metheororum de igne z aere patet primo metheororum. Tertio patet idem antecedens quia omnia possunt eque bene saluari ponendo terram moueri ab occidente in orientem et celum quiescere sicut terram quiescere et celum moueri ab oriente in occidentem ergo non rationabilius est ponere q̃ celum moueat̃ et terra quiescat q̃ e contra. ꝓna est nota quia cũ terra sit generabilis z corruptibilis z celũ nõ: tũc videẽt q̃ melius debemꝰ attribuere motũ localẽ terre q̃ celo. pz ãs q̃ ponẽdo terrã moueri ab occidẽte in orientẽ et celũ q̃escere possumꝰ saluare ortũ z occasum planetarũ. q̃ cum sol esset in termino nostri orizontis si quiesceret et tunc si terra moueat̃ versus orientẽ et nos cum

es tunc scom q̃ moueremur versus orientē secūdū hoc sol appareret nobis ascendere super nostrum orizontem sic q̃ peueniret ad meridiem et tandem ad occasum sine eius motu sed precise per motum terre. Quarto pz antecedens quia si celum moueret vel eius motus esset naturalis vel violentus. nō violētus qz ppetuus est talis motus vt habet. 8. phisicoꝝ z nullum violētum diu durat vt habet primo celi. nec est naturalis quia cū primus motor sit exclusus a primo mobili (qz sibi repugnat esse in corpore vt habet octauo phisicoꝝ) sequit q̃ motus primi mobilis sit ab extrinseco z per ꝓns est violentus z nō naturalis. Et cōfirmatur q̃ nō sit naturalis qz tunc foret velotior in fine q̃ in principio sed hoc est falsum igit. z ꝓna pz qz hoc est de ratione motus naturalis. ¶ Scōo principaliter arguit sic qz ptes primi mobilis īequāliter seu diffoziniter mouent g̃. ꝓna tz. ans pz qz ptes versus polū tardi⁹ mouent z ptes versus equinoctialem velotius mouētur g̃ inequaliter mouent. ¶ Tertio sic qz in celo nullū est oriēs nec occidēs g̃ nec est aliquis mot⁹ ab oriēte in occidentē. ꝓna tz ans pz qz si sic vel q̃lz ps celi esset oriēs z occidens vel vna ps determinata esset oriēs z altera occidēs. Nō ꝓnū qz tūc oēs ptes essent oriētales equaliter z equaliter occidentales qō est falsū. Nec pōt dici scōm qz quacūq̃ pte celi mobili data talis pars cōtinue est oriens et aliquibus occidens z aliquibus meridies g̃. ¶ In oppositū arguit per autozē in lra z p Aristotelez in plurib⁹ locis. In q̃stōe erūt duo articuli in primo videbit de illo q̃ tangit in ꝓma rōne. s. vtrū rōabilius est ponere celū quiescere z terrā moueri q̃ ecōtra ad saluandū illa q̃ nobis apparent. In scōo rndebit ad q̃stū z mouebunt dubia ¶ Scīēdū q̃tū ad ꝓmū q̃ de motu z q̃iete terre possum⁹ hic duplicit loq̃ vnomō de motu recto ipius terre z de q̃iete sibi opposita. alio mō possum⁹ loq̃ de motu circulari ipius terre. Et lz scōo mō īteligēdo sit magis ad ꝓpositū tn de vtroq̃ pōt aliq̃d dici. Pro q̃ suppponēdū est ꝓmo q̃ cētrū grauitatis ēre ꝓtinue est cētrū mūdi. pz qz cū oia grauia tēdāt ad cētrū mūdi tūc corp⁹ grauissimū dz bre sui cētrū cōtinue cū cētro mūdi. Scōo supponit q̃ si ad ymaginationē ētrā eēt diuisa ī duas ptes eq̃lis grauitatis tūc tales ptes se habere ētāq̃ duo pōdera in eq̃libra ita q̃ si vni pti adderet aliq̃d graue quātūcunq̃ modicū tunc illa pars traheret deorsum. z linea ymaginata sic diuidere terrā trāsiret directe p cētrū mūdi. hec suppositio sequit ex p̃cedēti. Tertio suppōit q̃ si terra eēt diuisa ad ymaginationē in duas ptes eq̃les in q̃titate tūc ille ptes īeq̃les essent in grauitate. pz qz aliq̃ ps ēre est ꝓtinue pns ipi soli z sic talis ps ꝓtinue calefit z leuefit a caloze solis. z alia ps q̃ est supposita aq̃ ꝓtinue graue fit p frigiditatem aquaꝝ ergo medietas ēre a q̃s discoopta est pars minus grauis q̃ sit alia pars. Quarto supponitur q̃ partes terre a quis discooperte cōtinue fluūt ad mare. item etiam alique partes terre per desiccationē portātur a ventis per modū puluerū z finaliter deportātur ad mare. ¶ Ihis suppositis sit prima ꝓclo q̃ quelz pars terre ꝓtinue mouet motu recto. pz quia cōtinue vna medietas pellit aliam ergo quelz pars terre mouet motu recto ꝓna tz. pbatur ans qz vna medietas terre cōtinue fit grauior q̃ alia g̃ sequit per primā suppositionem z scōam q̃ vna pars ꝓtinue pellit aliam. Ex quo sequit corrlarie q̃ illa ps terre que mō est centrū aliq̃n erit in supfitie terre. pz qz illa ps que nunc est centrū per pulsum alterius partis terre grauioris recedit a centro z sic tādē peruenict ad superficiē. Scōo sequit q̃ cōtinue est aliud z aliud cētrū grauitatis terre pz sicut prius. Sed aliquis obiceret q̃ ex istis videtur sequi q̃ terra iam deberet esse mota vsq̃ ad celū ex quo cōtinue mouet recte versus illum. ¶ Pro quo sit scōa ꝓclo. et ponit probabiliter q̃ tota terra cōtinue quiescit in medio mundi a motu recto loquēdo cathegoreumatice. pz qz tota terra ꝓtinue est in eq̃li ꝓpinq̃tate et distātia ad celū g̃ ꝓtinue q̃iescit a motu recto ꝓna tz qz tota terra nō pōt moueri motu recto q̃u hoc sit appropinq̃ndo ad celū vel remouēdo qō falsū est. vñ nō seq̃t q̃lz pars terre mouet motu recto g̃ tota terra. Et per hoc soluit rō prius facta. Verbigra. Incompositiōibus fiat vnū pilare cōpositum ex. 10. lapidibus z capiatur lapis superior z ponat sub īferiorē pellēdo inferiorem. itez capiat secūd⁹ z ponat sub. z sic ꝓtinuādo semp tūc in illo casu certū est q̃ q̃lz ps pilaris mouet z ascēdit ꝓtinue z tn totū pilare in se q̃iescit. ¶ Tercia ꝓclo est q̃ tota terra q̃iescit a motu circulari. i. nō mouet ab occidēte ī oriētē vt ymaginabant aliq̃ pz ꝓclo. ꝓmo qz si sic seq̃ret q̃ eēt difficili⁹ ābulare vsus occidētē q̃ versus orientē ꝓns est falsum z pz ꝓna qz si tetra sic moueret tunc aer cum es moueret z sic aer īpediret eūtes versus occidētē z iuua-

Primus articulus.

Prima suppositio

Secunda

Tercia

Quarta.

Prima conclusio

Corrclariū.

Corrclariū.

Secūda cōclusio

Tercia conclusio

ret eunte versus orientē sicut videmus de ventis. Scōa rō qz si sic tūc aues non eodē modo
posset volare versus orientē z occidentē ꝓnūs est contra expientiam. z pz ꝓna qz aer motus cū
terra deberet eleuare pennas auiū sicut videmus de vētis. Tertia ratio quia si terra sic mo-
ueret tūc ꝓiectū directe sursum nō pōt redire ad suū locum ꝓnūs est falsum z pz ꝓna qz p mo-
tum terre iā illud ꝓiectū remaneret retro pz de sagitta in naui mota. ¶ Quarta ꝓclusio celū
mouet ab oriente in occidentē motu circulari diurno. pz p duo signa que ponit autor in textu — Quarta conclusio
primū est q̄ videm⁹ aliquas stellas nobis oriri deinde videm⁹ eas puenire ad locū meridiei z
tandē puenire ad pūctū occidētis mō ista nō pnt saluari nisi p motū celi ab oriēte in occidētē
vel p motū terre ecōtra. sed sic est q̄ p motū terre nō pnt saluari: qz nō sic mouet p ꝓclusionē
precedētē g saluant p motū celi. ¶ Quinta ꝓclusio rōnabilius est ponere celū moueri ab oriē — Quinta ꝓclusio.
te in occidētē z terrā descere q̄ ponere extra. pz qz si p motū terre ab occidēte in oriētē pos-
sent aliqua saluari nō tn oīa qz nō possent saluari cōiūctōes/ z oppōnes planetarū/directōes
retrogradatōes/eclipses/et maior approximatio vni⁹ stelle ad trā in vno tpe q̄ in alio ¶ Ex
istis sequit falsitas illius opīonis q̄ ponebat celū descere z terrā moueri ab occidēte ad orien — Correlariū.
tem circulariter. vn ymaginabat q̄ sol se habet tāq̄ ignis z terra se habz tāq̄ carnes in veru
iuxta ignē. ¶ Quantū ad scōm sciēdū q̄ p primū mobile debemus intelligere primā sphērā — Secūdus articulus
inter sphēras mobiles cōputādo deorsum vsque deorsū vel vltimā cōputādo extra. z siue sint
9. siue 10. nō refert ad ꝓpositū. ¶ Scōo notādū est q̄ dupl̄r pōt aliq̄s mot⁹ dici vniformis p̄mo
mō quo ad tp̄s scōo mō quo ad mobile. vn mot⁹ dr vniformis quo ad tp̄s q̄ sic se hz q̄ p ip̄z in
equalib⁹ ptibus tp̄is equalia spacia ptrāseunt. Sed motus dicit vniformis quo ad mobile q̄
sic se hz q̄ p ip̄m ptes equales mobilis equalia spacia ptrāseunt ita q̄ mobile diceret moueri
vniformiter quo ad mobile cui⁹ oēs ptes eque velociter mouerēt. Cū motus vniformis quo
ad tp̄s dz proprie dici regularis z motus vniformis quo ad mobile dz proprie dici vniformis
Verūtamē vniforme q̄nq̄ capit large prout se extēdit ad regulare z vniforme ꝓprie. ¶ Et
sicut distinguitur de vniformitate motus ita potest distīgui de difformitate ita q̄ motus dicit
difformis vno mō quo ad temp⁹ alio mō quo ad mobile. z describeret mot⁹ difformis quo ad
tp̄s z motus difformis quo ad mobile p oppositū sicut describebant mot⁹ vniformis quo ad
tp̄s z mot⁹ vniformis quo ad mobile. Sz iterū dupler est mot⁹ difformis siue quo ad tp̄s siue
quo ad mobile. qz quidā est vniformit difformis/z alī est difformit difformis. vn mot⁹ vniformit
difformis q̄ ad mobile cū ille mot⁹ p quē mobile sic mouet q̄ data pte velocissime mota ī mobili
certe quāritatis qualis est ꝓportio mot⁹ illi⁹ ptis ad motū alī⁹ ptis īmediate sequtis. talis ē
ꝓportio illi⁹ scōe ptis ad motū tcie ptis z talis ē mot⁹ illi⁹ tcie ptis ad motū q̄rte z sic deinceps.
mot⁹ vo difformit difformis diceret p oppositū. ¶ Istis notatis ponunt ꝓclōnes. p̄ma est q̄ nō
oēs ptes p̄mi mobilis eq̄ velocit mouēt. pz ꝓclo qz nō oēs ptes p̄mi mobilis eq̄lia spacia ptrā — Prima conclusio
seūt ī equali tp̄e g ꝓclo va ꝓnia tz qz vt hr sexto phīcorū velocitas mot⁹ dz attendi pēs spacia
descripta aūs pz quia ptes p̄mi mobilis exntes circa polos non describunt tanta spacia sicut
ptes exntes versus equinoctialem. Ex ista ꝓclusione sequit correlarie q̄ mot⁹ primi mobilis
non est vniformis q̄tum ad mobile pz qz non oēs ptes primi mobilis eque velociter mouent — Correlariū.
nec equalia spacia ptranseunt g correlariū verū ꝓnia tenet ex dictis. ¶ Scōa ꝓclo est q̄ licet
motus primi mobilis non sit vniformis quo ad mobile tamen circulatio est vniformis. prima — Secunda conclusio
pars pz ex dictis. secūda pars pz quia omnes ptes primi mobilis eque velociter circueunt g
earum motus est circulatio vniformis ꝓsequētis tenet. z aūs pz quia oēs ptes primi mobilis
eque cito faciunt circuitū cōpletum ergo oēs eque velociter circueūt ꝓna est nota. aūs pz quia
eque cito cōplent circuitū cōpletum ptes exntes iuxta polos sicut partes exntes versus equi
noctialem. ¶ Sequitur correlarie q̄ penes aliud attēditur vniformitas motus vt mot⁹ est z
vniformitas circulatīōis. Unde vniformitas motus attenditur penes equalia spacia ptrāsita — Correlariū.
Sed vniformitas circulatīōis attēditur penes equales angulos circa idē cētrum descriptos
¶ Tercia conclusio principalis est q̄ motus primi mobilis est vniformiter difformis quo ad
mobile. patet conclusio quia signata parte primi mobilis iuxta equinoctialem certe quan- — Tercia conclusio
titatis tunc qualis est proportio motus illius partis ad motum secunde partis sibi equalis
talis est proportio motus illius secunde partis ad motum tertie et illius tercie ad motum

quarte ⁊ sic vsq; ad polum g̃ ꝛclo vera/ãs p3 quia nisi sic oporteret primũ mobile frangi in partibus suis per motum suũ. Sed aliq; quereret penes q̃d debet attẽdi velocitas primi mobilis. Respondetur q̃ debet attendi pẽes spacium descriptum a puncto eque distante a polo ⁊ ab equinoctiali. ¶ Quarta ꝛclusio et respõsalis est q̃ motus primi mobilis est vniformis quo ad tempus seu regularis. p3 ꝛclusio q̃ si non esset regularis seu vniformis quo ad tẽpus vel g̃ continue moueret velocitando vel continue retardãdo vel aliquãdo retardãdo vel aliquãdo velocitando. si primũ tunc sequit q̃ si ab eterno mouebatur q̃ iam deberet esse in infinitũ velox. Si secundum sequit q̃ iam deberet esse tardus ĩmo deberet oĩno quiescere. Si tertium tunc queritur vtrum tales retardationes vel velocitates habeant certum ordinẽ inter se vel nõ. Si sic sequit q̃ mot⁹ p̃mi mobilis nõ est p̃m⁹ motuũ q̃ z oz eẽ aliũ motũ p quẽ ordinẽt ⁊ regulentur hmõi retardationes ⁊ velocitationes. Si dicit q̃ non hãt certũ ordinẽ sequit tunc q̃ astrologi nullum certũ iudicium pũt hãe de cõiunctionibus ⁊ oppositionibus ⁊ aspectib⁹ planetarum. Item in motu facto a motore ordinatissimo ⁊ pfectissimo ⁊ nobilissimo nõ debz esse aliqua de ordinatio seu diffoꝛmitas ergo. ¶ Quinta ꝛclusio est q̃ mot⁹ primi mobilis est causa alioꝝ motuũ. p3 q̃ est prim⁹ mot⁹ modo id q̃ d̃ est cã alioꝝ in vno quoq; genere est p̃mũ et ecõtra g̃ ꝛclusio vera. Sed aliquis obiceret q̃ ita sunt ꝓpetui motus alioꝝ orbiũ celestiuz sicut est motus primi mobilis g̃ motus primi mobilis nõ est primus. ꝛñs tenet q̃ ꝓpetuorum vnũ non est prius alio. Ad hoc respondet q̃ lz motus primi mobilis tẽpe signato vel signabili non sit prior aliis motibus tñ est prior natura. ⁊ tũ q̃tũ ad hoc dat Aug tale exẽplum q̃ si ab eterno fuisset pes in pulvere tunc pes esset cã vestigij causati et prior tñ nullo tẽpe esset prior. Ex ista ꝛclusione sequit correlarie q̃ si cessaret motus p̃mi mobilis cessarent oẽs alij mot⁹. p3 q̃ in vno quoq; gñe vbi est essencialis subordinatio si cessat p̃mũ cessabũt oĩa alia ⁊ hec de quesito. ¶ Sed tunc dubiũ est quomõ debemus sumere oziens ⁊ occidens in celo. Et ita põt q̃ri de aliis differẽciis põnũ. Pro quo est aduertendum q̃ si velim⁹ ponere oziens ⁊ occidẽs distingui in celo ex natura rei vt videtur ponere Aristoteles scõo celi oz recurrere ad sphẽrã quiescẽtẽ ⁊ tunc haberent p istum modũ. primo oz ymaginari vnã lineã procedentẽ p cẽtrum mundi ⁊ pertractã per vtrũq; polum vsq; ad illam sphẽrã quiescẽtem. deinde oz ymaginari aliam lineam intersecantem illam primam datam ad angulos rectos in centro mundi ⁊ protractam vsq; ad illam sphẽram quiescentem. deinde ymaginanda est tercia linea intersecãs duas predictas ad angulos rectos et protracta vsque ad illam sphẽram quiescentem: tunc secundum terminos istarum linearum debemus attendere oziens et occidens et alias positionum differẽtias in celo. vnde in duobus terminis primelinee ponimus sursum et deorsum in celo: et in terminis secunde ponimus dextrum et sinistrum. et in terminis tercie ponimus ante et retro. Et pro maiore declaratione istorum ymaginantur aliqui vnũ hominem quem vocant athlantem qui hz caput in polo antartico ⁊ pedes in polo arctico et brachium dextrũ in oziente ⁊ sinistrum in occidẽte et faciẽ versus ꝓtem anteriorẽ celi. Ex hoc p3 q̃ nos secundum illam ymaginationem habitamus deorsum in ordine ad celum. p3 quia polus arthicus est deorsum ipsius celi et nos sumus versus illum polum. Sequitur vltra q̃ nos sum⁹ versus partem anteriorem celi. p3 quia nos sumus versus illam ꝓtem quam respicit facies hominis illius. s. athlantis. Aliqui tamẽ non distinguebant oziens ⁊ occidens in celo nisi respectu ad orizontem ⁊ isti distinxere de duplici oziente et occidente quia quoddam est oziens verꝝ et est pũctum in orizonte vbi sol oritur dum est eq̃noctium et ita de occidẽte in ꝓte opposita celi. Sed oziens non verum quolz die variatur scõm q̃ sol quolz die in alio ⁊ alio puncto orizontis oriẽt. et p oppositũ de occidẽte. Verũ alij supponẽtes creatõez mũdi supponũt verꝝ oziẽs eẽ pũctu vbi sol icepit moueri in sua creatõe ⁊ verꝝ occidẽs pũctũ oppositũ. de istis modis p̃ma opio videt esse magis rea alis. ¶ Sed dubitat de ordine spherarum p quẽ modũ ordinãt. Ad q̃ rñdet q̃ post octauã sphẽrã est sphera saturni/deide spa iouis/deiñ spa martis/deiñ spa solis/deiñ spa veneris/deiñ spa mercurij/deiñ spa lũe. et q̃ ita ordinẽt p3 triplicit p̃mo p autezem in textu. secundo p Ptholemeum et alios astrologos. deinde p3 ex alio scz ex diuersitate aspectuum planetarum. vñ q̃to aliq; planeta est inferior tanto est maior diuersitas in suis aspectib⁹ ⁊ quãto est superior tãto est mior diuersitas. mõ reptũ est q̃ maiorẽ diuersitas

Quarta conclusio

Quinta conclusio

Correlariũ.

Dubium de differẽciis positionũ in celo

Aliud dubium

Capitulum primum

in aspectibus lune. postea in aspectib⁹ mercurij deinde ascēdēdo scōm ordinē predictū. Th pro maiore declaratione hui⁹ est aduertēdū q̄ aliquis planeta duplicē aspectū dicit here vz vnū ad nos vel ad vnā aliā regionē terre ⁊ alium ad aliū planetā. dicim⁹ ēm planetas se hre in quarto aspectu vel sextili. vñ per aspectum a duos debemus intelligere quendam arcum in zodiaco interceptum inter lineam procedentē a centro terre per cētrum corporis planete vsq̄ ad zodiacum ⁊ aliā lineā procedentē ab oculo in supficie terre per centrum planete vsq̄ ad zodiacum. verbigra. describat circulus terre ⁊ deinde describat circulus lune ⁊ postea circulus veneris ⁊ sic de aliis. postea describatur circulus zodiac⁹. hoc facto ducat linea recta a centro terre per centrum lune vsq̄ ad zodiacum ⁊ sit illa linea b c deinde protrahat alia ab oculo in superficie terre per cētrum lune etiā vsq̄ ad zodiacum. ⁊ sit illa linea e d tunc ille arcus zodiaci inter c ⁊ d est aspectus lune a nos ⁊ scōm q̄ talis arcus est maior vel minor sc ōz hoc planeta dicitur aspicere magis directe vel minus regionē illā vel terram. Sed tamen de aspectu duorum planetarum inter se est aduertendum q̄ per aspectum duorum planetarum inter se debemus intelligere arcum in zodiaco interceptum inter duas lineas quarum quelz procedit a centro terre vna per centrum vnius planete ⁊ alia per cētrum alterius vsq̄ ad zodiacum. Verbigra. protrahat linea a cētro terre per centrū lune ad zodiacū. s. b c protrahat iterū alia a cētro terre p centrū mercurij vsq̄ ad zodiacū. ⁊ vocet b h. ⁊ tūc arcus intercept⁹ inter h ⁊ c est aspectus lune ⁊ mercurij inter se. Et illorz aspectuū alius est tern⁹ ali⁹ est quaternus/alius sextus. Unde planete dicūr se aspicere in terno aspectu qñ arcus ille qui est eorū aspect⁹ adiuicē est ēcia ps zodiaci. ⁊ se aspiciūt ī q̄rto aspectu qñ talis arc⁹ ē q̄rta ps zodiaci ⁊ se aspiciūt ī sexto aspectu qñ est sexta ps. qñ vo talis arcus est medietas zodiaci tūc opponūt inter se. ⁊ sic de istis aspectibus vlteri⁹ pōt declarari rñsio ad dubiū facta peneo retardationem motuū ipsorz planetarū qz post octauā sphērā saturn⁹ maius tēpus apponit ad complēdum suam revolutionem deinde iupiter et sic descendendo. ¶ Dubitatur vltra per quē modum possunt cognosci septem planete erratici in celo ad hoc respondet primo ex parte colorum. Unde saturnus est plumbei coloris. Jupiter est stanni coloris. et mars habet colorem calibeum. sol aureum. venus cupreum. mercurius argenti viui. et luna habet colorem argēteum. Sed astrologi hnt quedā instrumenta p motib⁹ quibus sibi inuicē repreſentant hmōi planetas. Et hec de articulo secundo. ¶ Ad rōnes ad primam negatur añs ad probationē primā ei⁹ dr q̄ verum est scōz se totum sed scōm suas ptes mutat locum. Ad scōam probationē negatur q̄ moueatur illo motu circulari p quē pnt saluat apparentias in celo. Ad probationem dicitur q̄ hoc est per motum raptus ad motum firmamēti sed terra non est fluxibilis satis. igitur nō mouet tali motu sicut cetera elementa. Ad tertiam probationem negat añs. et causa est qz ratio nō probauit nisi q̄ pnt saluari ortus ⁊ occasus sz nō probauit quomō saluarent opponēs coniūctōes eclipses ⁊ talia hmōi. Ad quartā dr q̄ mouet naturaliter ad pbationē dr q̄ in mo coexistēciam itelligētie sufficit ad intrinsecestatē motoris ad mobile. ¶ Ad scōam rōnē dicit q̄ verū est q̄ nō est vniformis quo ad mobile sed est vniformis quo ad temp⁹ quod idem est q̄ regulare ē. Ad vltimam illa soluta est in vno dubio/patet etiam solutio in secundo de celo et mundo vbi ostēsum est q̄liter differētie positionum in celo reperiamur. Auctoritas post oppositū est pro dictis. et hec de questione.

De aspectib⁹ planetarū diuersis.

Colores planetarum.

Ad rationes questionis

¶ De celi rotunditate.

Quod autem celum sit rotundum triplex est ratio. similitudo/cōmoditas/⁊ necessitas. Similitudo cm qñ mūdus iste sensibilis factus est ad similitudinē mūdi archetipi. in quo nō est principiū neq̄ finis. vnde ad huius similitudinem mundus sensibilis celo ambiente inclusus habet formam rotundā in qua non est assignare principium neq̄ finem. Comoditas quia oim corporum ysoperimetrorū sphera maximū est. oim etiā formarum rotūda est capacissima. qñ ēm est aliq̄d rotūdū ideo maximū ⁊ capacissimū. vñ cū mūdus oia contineat: talis forma fuit illi vtilis ⁊ comoda. Necessitas quoniā si mūdus

Prima ratio.

Scōa ratio.

Tertia ratio.

esset altetius forme q̃ rotũde scz trilatere vel quadrilatere vel multilatere: sequerentur multa impossibilia scz q̃ aliquis locus esset vacuus/ & corpus sine loco/ celiq̃ ruptura/ aut eius raritas/ & densitas dare: quod pz ex ãgulis elcuatis et circũuolutis. horũ tũ qõcũq̃ falsum est & impossibile. Item si celum esset planũ aliqua pars celi esset nobis ꝓpinquior alia. lateralis scilicz angulari. ergo planeta in pte laterali exñs nobis propinquior esset q̃ idẽ existens in pte ãgulari. sed que nobis propinquiora sunt maiora videnꝫ: ergo sol vel alius planeta exñs in laterali minor videri deberet q̃ in angulari pte qõ falsum est. Sed cõtrariũ videmus qũq̃ contingẽ. maior cũ apparet sol vel alia stella exñs in oriẽte vel occidẽte q̃ in medio celi. ergo ptes ille nobis propinquiores sunt et sic celũ non est rotundũ. Cum tũ rei veritas ita non sit: huius apparentie cã est q̃ in tpe hyemali vel pluuiali quidã vapores ascẽdunt inter aspectũ nostrũ & solẽ vel aliam stellã. & cũ illi vapores sint corpus dyaphanũ: disgregant radios visuales ita q̃ nõ comprehẽdimus rem in sua naturali & vera quantitate. Sicut pz de denario proiecto in profundo aque lympide qui propter similem radiorum refractionem apparet maioris q̃ sue vere quantitatis.

Quarta rõ.

Obiectio

Solucio

Exprimẽtũ.

¶ Probat ea que de figura celi proposuerat scz celos esse rotunde vel orbicularis figure et hoc quatuor rõnibus quarũ prime tres sunt phisice quarta vero astrologica. Prima ratio q̃ sumit ex similitudine mũdi ad deũ eius opificẽ talis est. oẽ exẽplatũ dz imitari quo ad pẽ fuit exemplar ad cuius ymitationẽ est factũ. vniuersum aũt celi ãbitu inclusum est factũ ad imitationẽ mũdi archetipi id est mũdi principalis hoc est dei qui exemplar eius est. debuit ergo mũdus iste prout est possibile deũ imitari. sed nõ potuit meliori modo quã hãdo figurã rotundam ergo celum ad quod mundus terminat debuit hãre figurã rotundã. prima maior supponit vera. minor est Augustini & oiz theologoꝝ qui ydeas ponit. Cum enim vniuersum sit a deo factũ vt tenet fides: nullũ aũt agens opat nisi ad aliquã ydeã respiciens ad cuius imitationẽ effectũ extra ꝓducit: cõstat q̃ vniuersũ ad imitationẽ mũdi archetipi id est ydealis vel exemplaris in intellectu diuino factũ est. ydea vero in deo nõ distinguit re ab essencia dina. ꝓcludit ergo vniuersũ ad dei imitationẽ factũ & sic minor vera. debuit igit vniuersum deo assimilari quo ad possibile fuit. Sed q̃ nõ potuerit melius ei assimilari quã habendo figurã rotundam supposito q̃ eadẽ esset mũdi nata que nunc. pz similitudo enim cuiuslibet creature ad deũ equiuoca est & imꝑfecta ꝓpter diuine essencie infinitatẽ ad quã creatura nullã hz proportionẽ. vñ potius dicunt creature deficere a dina similitudine quã deo assimilari. oiz ergo creature ad deũ similitudo ex metaphora & analogia quãdã accipiẽda est qua significet deũ pfectiones creaturarum eminẽter cõtinere. Sic igit hui⁹ mũdi corporalis ad deũ similitudo potissime ex ei⁹ figura accipit qua diuine essencie pfectio nobis insinuari possit. ex eo enim q̃ figurã hui⁹ mũdi rotundã (in qua nõ est assignare principiũ neq̃ finẽ) cognoscimus: diuine essencie infinitatẽ principio & fine durationis & pfectionis carentẽ arguimus. Hac etiam suadente rõne sacramentalem hostiam rotundã conficit mater ecclesia vt eius qui sub illa continet infinitatem & pfectionẽ nobis demõstret. ¶ Notãdũ q̃ nisi ista ratio auctoris ad horũ sensum traheretur nichil concluderet. pari enim rõne posset argui q̃ homo debuit esse rotundus ꝓpter imitationem ad hoiem archetipũ id est ydealem in quo nõ est assignare principiũ neq̃ finẽ. & similiter posset dici de qualibet alia creatura corporali q̃ tũ ridiculum est. Sed dicendum q̃ secus est de toto vniuerso & de vna sola creatura. deus enim creaturas ad sue bonitatis & pfectionis manifestationẽ condidit vt ait Aug⁹. vna aũt sola creatura debilissime dei pfectionẽ repñtat sed vniuersum oim creaturarꝝ perfectiones includẽs clarius & efficacius. vñ figura vniuersi quã circũscriptio celi demonstrat magis debuit diuinã perfectionẽ (licet in analogia dicta) imi-

Quomõ accipit mundi ad deũ similitudo.

Exemplum de hostia sacramentali.

Quare magis figura mũdi debuit deũ imitari q̃ hoiis fig aut alti⁹ rei

tari quā vniuersi cuiʳ libet creature figura. Sed q̄uia ꝑticularīū creaturaꝝ figure corporales nō sic deū imitent sicut figura toci⁹ mūdi: nichilomin⁹ in qualibet creatura q̄tū ad aliq̄d est dei similitudo ac trinitatis vestigiū vt Aug⁹ ꝓbat in sexto de trinitate. oīs enīm effectus aliqualiter repsentat suā cām. sicut oīa ignita ⁊ ab igne passa aliquomō calida sunt vt ꝓbat in scōo metheoroꝝ. ¶ Scēa rō q̄ tangit ibi. cōmoditas. sumit ex celi cōtinētia ⁊ talis est. vnicuiq̄ corpori es debet figura que eius capacitati cōgruit id est in ordine ad illa que intra se cape ⁊ cōtinere dz. celū aūt debuit eē maxime capacitatis q̄ oīa debuit intra se cōcludere (extra celuz enīm nichil est vt probat in ꝓmo de celo) igit celū debuit hre figurā que maxime capacitati congruit. hec aūt est rotūda vel orbicularis. vt enīm ꝓbant geometre: hec figura ceteris paribⁿ est figurarū capacissima q̄ ptes a centro vniformiter ⁊ maxie aliarū distātes bz. vbiq̄ eēt videtur facere angulū ⁊ recedere a centro ideoq̄ marie auget capacitatē. ¶ Notādū q̄ hec etiā ratio nō necessario cōcludit posset enīm aliq̄s dicere q̄ si deus fecisset celum alteriⁿ figure sed paulo maius fuisset tāte capacitatis sicut nūc est ⁊ potuisset intra se cōtinere oīa ea que nunc cōtinet. Concludit tm̄ hec ratio ex quadā cōgruētia q̄ rotūda figura ceteris nobilior est ⁊ deⁿ sicut ⁊ natura semp facit de possibilibus q̄ melius est. Iste tm̄ due rationes cū sequētibⁿ efficaciter ꝓbant celū esse rotundū. ¶ Notandū etiā q̄ figure ysoperimetre in geometria dicātur due vel plures figure que ad seiuicē compate perimetros id est circūferētias hūt equales. deriuat enīm hoc nomen ysoperimeter. a. um. ab hyso greco q̄ est equale ⁊ perimetros q̄ est mēsura q̄nasi figure equaliū circūdantiū mēsuraꝝ. vt vbigfa sint tres figure plane triāgulus. quadrāgulus. ⁊ circulus. taliter q̄ tres linee triāguli incōtinuū ⁊ directum posite faciāt vnā lineā equalē alteri linee quā quatuor linee quadrāguli eodēmō posite cōstituerēt. ⁊ alteri linee que esset linea circuli rectifīcata tales trea figure; dicerent sibi ysoperimetre id est equales in perimetris vel circūferēciis vel mēsuris. et q̄ dicimⁿ de tribus istis figuris planis quo ad lineas idē intelligatur de hiis tribⁿ figuris solidis q̄ sunt tetracedron/ exacedron/ ⁊ sphera quo ad supficies. talia enīm tria corpa dicerent sibi ysoperimetra si eoꝝ supficies totales essent eqles. nichilominⁿ tm̄ sphera eoꝝ esset capacissima q̄ intra eqlē supficiē maiorē oībus aliis hīt et corpulētiā. ¶ Tercia rō que ponit ibi. necessitas. sumit ex naturali necessitate que est inter locū ⁊ locatū ⁊ format hec rō sic. celum debuit moueri ⁊ de facto mouet vt supra dictū est q̄ necessario debuit eē rotūde figure. ꝓbat ꝓsia q̄si celū sic motū eēt alteriⁿ figure scz trilatere vt corpus pyramidale. vel quadrilatere vt est corpⁿ cubicum. vel alteriⁿ figure multilatere sequerent multa impossibilia p̄ naturā scz vel q̄ aliq̄s locⁿ eēt sine corpore/ vel aliq̄ corpus sine loco/ vel posset dari ruptura celi/ aut eius rarefactio/ et cōdensacio q̄ omnia sūt manifesta impossibilia secūdū naturam. antecedens est datū sz ꝓna. ꝓbat ex angulis eleuatis et circūuolutis. cū enī celum circūuolueretur angulus veniret ad locū lateris id est vbi fuit latⁿ ⁊ ecōuerso latⁿ veniret ad locū anguli. et cū ēgulⁿ occuperet maiorē locū q̄ latus (quia distancior est a centro) sequeretur manifeste q̄ aliqua pars anguli positi in loco lateris remaneret sine loco tanta scz quātuo esset excessus ānguli ad latus. Item cum latⁿ veniret ad locum anguli aliqua pars loci anguli remaneret vacua q̄ latⁿ nō sufficeret totuz illum locum replere. Item datis quibustibet duobus celis sibi cōtiguis si conuexum vnius esset ānguiare ⁊ cōcauū alterius sphericū vel ecōtra manifeste inter vtrūq̄ eēt vacuū. nō enīm potest ibi eē aer vel aliud corpus elementare replens. Si aūt vtrūq̄ scz conuexum vnius et concauū alteriⁿ esset ānguiare cū in celo vt ꝓbatum est sint motus oppositi sequeretur q̄ vnū celū rūperet aliud q̄ anguli reuoluti lateribⁿ ī trāsitu obuiarēt et locū sibi facerēt vel ad minus oporteret ꝓcedere celū mō densius mō rarius fieri ad motū cōpossibilitatē. ¶ Notādū q̄ hec ratio q̄ ponit ab Aristotele scōo de celo ad ꝓbādū rotūditatē ꝓuexe supficiei ꝓmi mobilis ex serie textⁿ apparet nō necessario ꝓcludit nisi supponēdo locū eē spacū aliq̄ vacuū vt antiq̄ ponebāt sz solū ꝓcludit de ꝓcauo supmi celi ⁊ de ꝓcauo ⁊ ꝓuexo cuiʳ ꝓ inter medioꝝ. nō aūt de cāuexo supmi celi. diceret enīm ꝓtenua q̄ illud ꝓuexū nā est in loco ⁊ q̄ nullū aliud corpⁿ bz supra se nō sequit aliq̄ illoꝝ īpossibiliū si ponat ānguiare. Nec etiā ꝓcludit de ꝓcauo celi lune quod elementō ignis cōtiguū est idē enīm possibile est ignis diuisio vel etiam eius raritas et dēsitas secūm phisicā veritatē vt nichil incomodi sequit ponēdo illud ꝓcauū angulare.

Que sunt figure ysoperimetre

figure ysoperimetre

Utrũ possit saluari celũ esse oualis figure.

Probabile tñ est vbi tot cõcauoꝝ ⁊ cõuexorũ inter mediorũ rotunditas necessario conuincit duo extrema predicta et heree regionis rotũditate nõ carere. ¶ Notandũ etiã ꝙ licet hec rõ cõcludat celũ esse rotundũ: nõ tñ videt ꝓcludere ipm esse sphericũ vel orbiculare posset enim dici ꝙ celũ sit ouale vel lenticulare vel alterius figure rotũde irregulare. Nisi forte dicat ꝙ motus oppositi ⁊ super diuersos polos facti (quales in celo sunt vt ꝓbauim⁹) nõ possent saluari sub quacũq; figura rotunda irregulari quin oporteret necessario ꝓcedere aut rupturas/ aut rarũ/ ⁊ dẽsũ. Vel dicat vt hꝫ Aristoteles in scõo de celo ꝙ in figura sphericã quomõcũq; ponat axis semp eodẽ mõ fit motus ſz nõ sic in figura oualí aut lẽticulari qꝛ si certo mõ poneretur axis semp sequeret locũ esse sine corpore ⁊ corp⁹ sine loco vt in ꝑmissa rõe arguebatur ¶ Quarta ratio ponit ibi: item si celũ. que est astrologice ducẽs ad impossibile. ⁊ ꝑmorẽ illa ponitur. scõo cõtra eã obicit ibi. sed ꝓtrariũ. Sciẽdũ tñ ꝙ ratio ista vt text⁹ auctoris dicebat est Alfragani ⁊ stãdo ad verba eius de facto nichil cõcludit qꝛ falsũ assumit scz ꝙ semp ꝑ ꝑpinquior celi esset supra caput nostrũ remotior vero in oriẽte vel occidẽte. hoc enim supponit illa ratio vt pz diligẽter ꝓsideranti eã: vel arguens ꝓpriã vocẽ ignorabat. ideo si ratio aliqd debeat ꝓcludere oportuit ei⁹ vba mutari. Ratio ꝗ talis est si celũ nõ esset rotũdũ sed planũ ⁊ lateratũ: sol vel alius planets vno tẽpore anni appareret notabiliter maior ꝙ alio tẽpore ꝓnis est cõtra sensum ⁊ expiẽtiã ꝗ ⁊ eius añs est falsum. ꝓnis ꝓbat. qꝛ si celũ esset planũ ⁊ ãgulatre haberet quasdã ꝑtes a nobis (qui sumus fere in cẽtro mũdi) remotiores et alias ꝓpinquiores. cũ aũt sol ⁊ alij planete mutent ab vno signo in aliud vt supra ad sensum monstratũ est: ꝗ sol vel alius planeta aliqñ esset in ꝑte celi a nobis remotiore ⁊ aliqñ in ꝑte ꝓpinquiore: sed q̃ nobis propinquiora sunt maiora a nobis vident vt ꝑspectiui dicũt ⁊ expiẽtia ꝓbat: ꝗ sol vel alius planeta aliqñ videretur maior ⁊ aliqñ minor notabiliter. ¶ Notandũ ꝙ pars lateralis in corporibus planis et poligoniis est superficies eius plana ⁊ vnũquodq; corpus tot latera dicetur habere quot superficies planas. vñ ⁊ cubus dicit habere sex laters equalia qꝛ sex hꝫ superficies equales. angulus aũt vel ꝑ angularis dicit illa vbi due vel plures superficies cõcurrunt ⁊ sic tam angulus solidus qui ad punctũ terminatur ꝙ linea sup quã due superficies plane nõ directe applicant dicitur hic ãgulus. ¶ Notandũ etiã ꝙ sol vt infra capꝛo quarto dicem⁹ vno tẽpore anni magis distat a cẽtro ⁊ a nobis ꝙ alio ⁊ ideo dyameter solis visualis scõm astrologos in opposito augis est maior ꝙ in aliquo alio loco eccẽtrici circuli. hec tñ solis diuersitas nõ insi a sapiẽtibus notat ideoq; coꝛter oẽs putant dyametrũ solis visualẽ esse semp equalẽ ⁊ hoc supposito ratio predicta ꝓcedit. ¶ Textus. Sed ꝓtrariũ. Obicit cõtra ꝑdictã rõez ꝓbando cõsequẽs eius nõ esse falsum dñs ꝙ de facto ita experimur ꝙ sol vel quecũq; alia stella aliqñ maior aliqñ minor apparet vt pz in syderibus oriẽtib⁹ ⁊ occidẽtibus que maiora apparẽt ꝙ in medio celi ꝗ partes ille celi oriẽtalis scz ⁊ occidẽtalis ꝑ regulã supra dictã nobis ꝓpinquores sunt ꝑte meridiei ⁊ sic celũ nõ est rotundũ ¶ Sed ibi: cũ tñ: respõdet ad dictã obiectionẽ primo negãdo ꝓsequẽtiã nõ eñ sequit in illis ꝑtibus stelle apparẽt maiores ꝗ ille ꝑtes sunt nobis ꝓpinquores qꝛ põt esse deceptio ex ĩdispõe medij vel organi. Scõo dicit distinguendo añs duplex eñ est apparẽtia sensibilis quedã vera ⁊ sine erroꝛe alia falsa ⁊ deceptoria. nunc aũt stellẽ oriẽtes ⁊ occidẽtes deceptorie ꝓpter indispõem medij apparẽt maiores nõ autem vere ⁊ sine deceptione tẽpore eñ hyemali vel pluuiali in aere medio nobis ⁊ oriẽti vel occidẽti sunt vãpores ⁊ nebule impediẽtes medũ faciẽte ꝗ fantasiam visibilis falsam propter radioꝝ visualiũ refractionẽ ⁊ disgregationẽ vñ ꝓuenit ꝙ non comprehendimus rem in sua naturali et vera ꝗritate in qua secũdum talem distantiam deberemus rem videre. huiꝰ modi autẽ impedimẽta aut nõ sunt aut nõ tot in aere inter nos ⁊ medũ celi. Sed ratio superius inducta cõcludebat stellas debere videri in q̃busdã ꝑtibus celi maiores ꝙ in aliis ꝓpter minorem earũ a nobis distantiã nõ aũt ꝓpter medij indispõem vel sensus deceptionẽ sicut obiectio inducit. ¶ Ad hui⁹ solutõis ꝓfirmationẽ ĩducit ibi. sicut pz. expimẽtũ quoddã familiare. denarius eñ in ꝓfundo aque ꝑspicue lympideq; ꝓiect⁹ in simili distantia sicut qñ erat extra aquã apparet maior notabiliter ꝓpter medij diuersitatẽ radios visuales frangẽtẽ. vñ manifeste pz ꝙ deceptio sensus ex indispõe medij nõ aũt ex ineqli visibilis distãtia ꝓuenit. sic igit et si quandoq; ꝓpter aeris obnubilationẽ sydera oriẽtia ⁊ occumbentia maiora ꝙ in medio

De ratiõe alphraganí.

Sol vno tẽpore anni videtur maior ꝙ alio.

Capitulum primũ.

celi appareãt: hoc tamẽ nõ est ꝓpter minorẽ eorũ a nobis distãtiã. experimur enĩ q̃ tpe sereno stelle etiã in oriẽte vel occidẽte posite nõ maiores aut minores q̃ in medio celi apparent. Unde cõstat talem maioris magnitudinis stellarũ apparitionẽ ex solo medij impedimẽto ꝓuenire qm̃ eo remoto nõ sic apparẽt stelle. ¶ Notãdũ q̃ scõm rei veritatẽ ꝑs celi oriẽtalis aut occidẽtalis q̃cũq̃ sit illa a nobis remotior est pte meridiei tãto scz q̃tꝰ ẽ terre semidyameter. nã inter nos ⁊ medium celi nõ sũt nisi aer ⁊ ignis: inter nos aũt ⁊ oriẽtalẽ vel occidẽtalẽ ptẽ celi eadẽ duo elemẽta sũt ⁊ cũ hoc medietas terre. vñ manifestꝰ apparet defectꝰ obiectiõis iducte qm̃ nisi fuisset ĩpedimẽtũ aliq̃ stelle in oriẽte vel occidẽte debuisset apparere nõ maiores scz minores q̃ in medio celi quia a nobis remotiores. Dmõi tñ excessus distãcie ad orizontẽ plus q̃ ad medium celi nõ est visui notabilis ꝓpter quẽ debeat (si nõ sit aliunde ĩpedimẽtum) stellas aut maiores aut minores iudicare vt infra cum de terre situatõe dicẽt fiet manifestius. Dupꝰ etiã rei tale ponam̃ exẽplũ si enĩ videremꝰ hoiez quatuor aut q̃nq̃ miliaribus distãtẽ ille ꝓpter distãciã apparebit nobis parvus. si postea idẽ homo accederet ad nos ꝑ decẽ passus ꝓstat q̃ nõ ideo iudicaremꝰ eũ maiorẽ licet scõm rei veritatẽ esset propinq̃or nobis qꝫ illi decẽ passus ad totã hãc distãtiã nõ habẽt ꝑceptibilẽ ꝓportionẽ in ordine ad visum. Eodẽ etiã mõ dicẽdũ est q̃ semidyameter terre nõ multũ ꝑceptibilẽ habet q̃titatẽ ad semidyametrũ celi que est distancia inter nos ⁊ celum. ¶ Notandum etiã q̃ licet vt ꝑdiximus quedã ꝑtes celi sint a nobis distãciores q̃ alie nõ tamẽ ex hoc põt argui celum non esse rotundũ. qm̃ partes eius oẽes a cẽtro mundi equidistant q̃uis non a nobis qui extra cẽtrum sumus. neq̃ etiam ex hoc sequit q̃ stelle in orizonte tpe sereno debeant apparere minores q̃ in medio celi quia vt diximus excessus ille non est sensibilis. ¶ Scien dũ etiam q̃ secundum perspectiuos pars celi orientalis aut occidentalis sicut est distantior parte meridiei sic etiã ad sensum apparet remotior. vnde Canturiensis in sua perspectiua prima parte propositione. 65. dicit distantiam orizontis maiorem apparere q̃ alterius partis hemispherij cuiuscũq̃. Sed non est intelligendum q̃ hec maioritas distancie appareat propter excessum distancie visui notabilem sed propter iudiciũ factum ex relatione ad corpora interiacentia. constat autem q̃ plura corpora videmus inter nos et orizontem q̃ inter nos ⁊ aliam quãcũq̃ celi partem et propter hoc iudicamus distanciam orizontis esse maiorem. Hoc tamẽ iudicium quãdoq̃ falsum est ⁊ erroneum sepiꝰ enim ex ꝓprehensione corporum interiacẽtium minorem distanciam iudicamus maiorem et econuerso vt cum cacumina plurium mõtium inuicem comparamus. Sic igitur quatuor rationibus conclusum est celum esse rotundum. ¶ Sed duas alias ratiões possumus ex Aristotele adiungere. prima est quia primo et nobilissimo corpori debetur prima et nobilissima figura: nobilissimũ autẽ ⁊ primũ corporum est celum: figurarum etiam rotũda est perfectissima ergo celo debetur rotunda figura. maior supponitur minor ꝓ prima parte habetur supra parte secũda huius capli ex diffinitione ethere et regionis. scõa etiã pars habita est in scõa supradictarum quatuor rationũ. Secũda ratio est qꝫ vnicuiq̃ corpori natura dedit figurã opatiõbus eius ꝓportionatã (sicut ꝑz in aĩalibꝰ ⁊ plantis vbi tota ratio diuersitatis organorũ in corpore aĩato ex diuersitate opationũ accipit que nõ poterãt vnico organo expleri). ꝓpria aũt opatio celi est cõtinuo circulariter moueri: decuit igit̃ nature artificẽ figurã motui aptissimã illi donare. talis aũt est rotũda qꝫ illa ãgulis caret q̃ sũt motui ĩpedimẽto (vñ ⁊ cubꝰ ieptissime mouet vt dicit in ꝓmo ethicorũ) si q̃s enĩ corꝰ ꝑfecte rotũdũ corpi ꝑfecte plano sup ponat vix detinere poterit q̃n moueat. ¶ Circa supradicta in q̃rta rõne textus occurrũt duo dubia ꝓmũ est quare ꝓpinq̃ora appareãt maiora remotiora aũt minora. Secõz ꝓpter q̃d visa ꝑ medium dẽsius vt per aerẽ vaporosum/aut per aquã/cristallũ/vitrũ/vel aliquid huiusmodi maiora apparent quam eadẽ per medium rarius ⁊ vniforme in tanta distancia cõspecta. ¶ Iste dubitatões quia sunt de modo videndi ⁊ differẽtiis eius ꝑspectiuã exigũt speculationẽ. nunc tñ pauca ab ipsa perspectiua excerpta subnectemꝰ Supponam̃ꝰ igit̃ obiectũ visus colorati aut lucidũ. supponamus etiã oĩne coloratum aut luminosum corpus suapte natura speciem ⁊ similitudinem suam ꝑ obiectum sibi medium diaphanũ nõ ĩpeditum orbiculariter diffundere sicut multis ꝑz experimentis. in hoc enĩ fere oẽes phi ꝓcordant. Verũtamen quomõ fiat visio mirabiliter discrepant. Plato nãq̃ Democritus Empedocles ⁊ Alchindus ceteriq̃ antiq̃ putabant visionem

Quod q̃dam ꝑtes celi plus alijs distant a nobis

Solutio dubij

Quid circa ꝑs dñt ꝑspectiui

Alie due rationes de celi rotunditate

Due notabiles questiões de visione.

Cõtrouersia phorũ de mõ videndi

Sententia aristotelis

fieri per radios ab oculis micãtes. arbitrabantur eñ oculum esse nature luminose ⁊ velut lanternam quãdam luminis ex quo radij emicarent qui res ipsas colorates aut lucidas vel etiã earum ymagines per mediũ diffusas attingerẽt ⁊ visionem facerẽt. Aristoteles tamẽ oẽsq; fere phi post eum tenuerunt oppositum scz q̃ visio fiat per intus susceptionẽ visibilis in oculo non autem per extra missionem radiorũ vt pz in libello de sensu et sensato ⁊ alio locis vbi Aristoteles contra hanc opinionem disputat ⁊ rõnibus ostensionis. tum qz aliquãdo visio est dolorosa. tum quia post excellens visibile inspectum alisq̃ diu remanent simulachra eius in visu eo etiam absente. tum qz oẽs alij sensus fiunt intus suscipiendo nõ extra mittẽdo g̃ ⁊ visio. Et rõnibus ad impossibile. tum qz oporteret dicere totum hoĩem resolui in spiritus aut radios prius q̃ extra mittendo sydera posset intueri propter excessiuã distanciam. tum qz aut radij redeunt ad oculum vt fiat visio aut non. non est dicendum scõm qz ipsi non sunt animati vt extra oculum cognoscere possint. neq; primum quia aut redirent suapte natura aut ab alio repcussi ⁊ reflexi. non scõm quia nõ eia corpora sunt specularia que radios reflectere possint Neq; primũ quia vel conducunt species rerum visibilium vel non. non est dandum scõm quia sic non magis videret oculus q̃ prius aut species visibiliũ nichil conferrent ad visionẽ. neq; primũ qz ex quo species visibilium sufficienter sese multiplicant vsq; ad oculum non indiget oculus radiis quasi inficiis ad eas conuocandas. oportet g̃ dicere q̃ visio fiat per intus susceptionem specierum visibilium in oculo. Huius etiam sentencie sunt peritiores perspectiui vt Alacen oẽsq; eius sectatores de quorũ numero est Cãturiensis in sua pspectiua cõi libro p̃mo propõne. 44. cũ ait. mathematicos ponẽtes visum fieri per radios micãtes supfluo conari.

Perspectiui ad idem

Et propõne. 45. radios quoscunq; ab oculo micãtes ⁊ super visibile orientes ad visionẽ impossibile est sufficere. ⁊ hoc pbat p rõem vltimã suprdictarum. Oculus eñ aquee aut cristaline pspicueq; ponit nature ideo p̃ p̃z possunt spẽs multiplicari vsq; ad pupillã q̃ est organũ visus eque bene sicut per aliud mediũ dyaphanũ ⁊ sic res visibiles apprehendere possum⁹. vnde non videtur necessaria talium radiorum extra missio. licet lumen aliqõ intraneum oculo concedamus qõ ad visionẽ conferẽdam multum confert. ¶ Sed est aduertendum q̃ specierum visibiliũ per medium diffusio taliter fit q̃ in prima pte medij ꝓtigua corpori luminoso aut colorato maior imprimit species vel ymago in sequenti vero paulo minor in alia etiam sequente adhuc minor sicq; deinceps continue minoratur ymago quousq; deficiat virtus multiplicatiua talium specierum. Si igitur ymaginemur lineas rectas ab extremitatibus oĩb⁹ ret visibilis per medium productas que dictum successum specierũ precise includant necesse est eas aliquãdo concurrere ad angulum ⁊ sic resultabit figura que dicitur piramis tẽdẽs ad acutiem sicut tendit pir id est flama ignis recta. Et huius piramidis sic ymaginate basis est res visa con⁹ vero est in loco minime speciei in medio. ideo pspectiui dicunt q̃ in quolibet pũcto medij piramis radiosa visibilis orbiculariter terminatur. Hinc etiam venit in vsum species aut ymagines visibilium corporũ radios vel lineas visuales appellare. ideo dicitur in primo libro perspectiue preallegate propõe quarta. totum luminosum vel illuminatum in quolibet puncto medij pyramidem sui luminis terminare. et propõe sexta. omne punctum luminosi hemispherialiter super medium radiare. vtrũ ãt multiplicatio illarũ specierum fiat in instanti vel in tempore nichil refert. ¶ Sciendũ vltertius q̃ radij visuales veniũt ad oculum tripliciter quidem directi: alij reflexi. aliq; fracti. ⁊ sic tota perspectiua est tripartita. p̃ma pars eius est de radiis directis qui alias dicuntur incidẽtes. ⁊ p tales radios videm⁹ quãdo visibile est oculo facialiter obiectũ vtroq; eorũ exñte in medio eiusdẽ dyaphanitatis. tũc eñ conus pyramidis radiose super oculum incidit ⁊ apprehendim⁹ rem per radios rectos. In hoc tñ modo videndi contingit aliquando deceptio ex nimia distancia. iudicamus eñ sepius corpora spherica vt solem et lunam esse plana. et sic dicitur in primo libro dicte pspectiue p̃ propositione. 72. figuram rei visibilis multum distantis minime certificari. item propostõe. 83. corpora spherica ex distancia apparere plana. et propositione vltima primi libri. quadratas magnitudines ex distãcia apparere oblongas. Et p hec pz solutio p̃me q̃stionis res eñ q̃ propiores sunt maiorẽ angulũ pyramidis causant in oculo quã eedẽ res qñ distanciores sunt qz angulus pyramidis breuioris ex eadẽ basi maior est ãgulo pyramidis lõgioris vt pbat in

Quomõ ymaginamur piramidẽ visibilẽ

Triplex ẽ modus videdi

Prim⁹ mod⁹.

Ad primam questionem.

Capitulum primũ.

primo geometrie Euclidis ⁊ sic maior ymago ĩ primĕ oculo ⁊ rẽ iudicat maiorẽ. pyramidis nã
q̃ radiosa nõ teriãt in oculo ad pũctũ ſz fit visio sub curta pyramide ⁊ ãgulo ieboato vt dr̃ in
40. ppõne p̃mi libri ⁊ sic ymago in oculo nõ est pũctualis ſz quãta ⁊ ptes extẽsionis habẽs
ptes aũt ymaginis in oculo situant̃ sicut ptes rei in re extra vt dr̃ in ppõe. 37. p̃mi. ¶ Seõa
ps pspectiue est de radiis reflexis ⁊ p̃ hos radios videm⁹ q̃ visibile nõ est oculo facialiter ob
iectũ nec radij ei⁹ directi aut p̃marij vel icidẽtes possũt ad oculũ ptingere. obuiãtes tũ corpi
ei⁹ supficies tersa est ⁊ dẽsa reflectunt̃ ⁊ resiliũt versus basim pyramidis ⁊ in tali regressu
fit alia noua pyramis cuius basis est illa ymago q̃ corpori reflectẽti ptigua est. vñ ocul⁹ in con
spectu corpis reflectẽtis posit⁹ angulũ illi⁹ scõe pyramidis in se recipit ⁊ rẽ põt videre quaz
p radios rectos videre nõ potat. Dui⁹ reflexionis simile videm⁹ in vndis ab aliquo lapide p
iecto factis in aqua q̃ cũ ad littus vel ad aliq̃ aliud obstaculũ pueniũt resiliũt ⁊ reflectuntur
versus cẽtrũ suũ. Aliud eciã explimẽtũ est in vocib⁹ ⁊ sonis formatis in vallib⁹ aut edificiis no-
ũis q̃ latera loci pcucientes versus locũ formatõis sonoꝝ reflectunt̃ vñ q̃q̃ in talibus locis
iterꝝ audim⁹ q̃ dixim⁹. Sperula eriã lusoria sensibilẽ nobis reflexionẽ demõstrat cũ a parie
te repcutit̃ ad indẽtẽ. Et scõm hũc modum videdi res nobis a tergo stãtes in speculo aqueo/
vitreo/ferreo/vel marmoreo/videre possum⁹. nõ q̃dẽ q̃ ymago illa quã videm⁹ sit in speculo
ſz in oculo ⁊ hoc mõ dr̃ in q̃nta ppõe scõi libri dicte pspectiue. luces ⁊ colores a speculis refle
xos res quarũ sunt spẽs oculo ostẽdere. Nõ tũ quoscũq̃ radios ⁊ q̃b⁹cũq̃ corpib⁹ reflexos
ocul⁹ pcipit ſz solas a regularib⁹ supficieb⁹ ⁊ politis reflexiões notabiles factas oculo sẽtiri
ptingit vt dicit scõa ppõ scõi. licet eñ ab oi obiecto corpe fiat reflexio specierũ sese p medũ
diffundẽtiũ: q̃n tamẽ superficies corporis reflectẽtis est aspera ⁊ irregularis cui⁹ quedã ptes
aliis supeminẽt tunc reflexio nõ põt fieri vniformis ⁊ ad ãgulũ pyramidis pcurrens sed vna
pars ymaginis reflectit̃ ad vnã dr̃am positionis alia ad aliã. Similiter ab aere ⁊ a vitro non
plumbato multe fiunt reflexiones sed valde tenues et virtuti visiue ĩproportionate que non
pcipiunt̃ nisi a debilissimo visu sicut dicit Aristoteles in tercio metheoroꝝ q̃ Antiphon semp
videbat ymaginẽ suã in aere sibi obiecto ppter visus debilitatẽ. Jn hoc eriã mõ viuẽdi tum
ppter diuersas speculoꝝ figuras. tũ eriã ppter diuersã eoꝝ ad oculũ positionẽ multe varie
tates ⁊ deceptiones cõtigũt. aliter eñ in speculis planis aliter in rotũdis aliter q̃q̃ ĩ pyrami-
dalib⁹ ⁊ colũnarib⁹. Jtẽ alit̃ ĩ speculis integris aliter in fractis. Jnsup aliter in speculis obiec
tis ⁊ aliter in suppositis res apparere ptingit. dr̃ eñ in. 21. secũdi libri altitudines in speculis
suppositis euersas apparere. Et in. 22. in speculis planis facialiter obiectis facies appare-
re preposteras. item. 33. et. 34. secũdi libri dr̃ in speculis sphericis recta p maiori pte curua ⁊
minora apparere. Et in. 24. 46. 47. 48. ppõmb⁹ scõi libri habẽt q̃ in speculis p cauis ⁊ in
planis fractis eiusdẽ rei simul plures ymagines apparere ptingit. ¶ Tercia ps pspectiue ẽ de
radiis fractis ⁊ p̃ hos radios videm⁹ q̃n res est oculo facialiter obiecta ſz in medio alti⁹ dya-
phanitatis a medio illo in quo est ocul⁹ tũc eñ medũ dẽsi⁹ radios visuales aliqualiter reflec-
tere nitit̃ nõ tũ oĩno eos reflectit nec oĩno eos directe incedere pmittit vñ fit q̃ pcedunt me-
diomõ iter directos ⁊ reflexos seꝛ fracti. Fractio aũt fit in occursu medij secũdi vt dr̃ ĩ decima
quãta ⁊ decima sexta p̃mi ⁊ in secũda tertij libri. Cũ eñ corp⁹ visibile est in medio rariozis ra-
dij ei⁹ directe incedũt vsq̃ ad ĩtroitũ medij dẽsioris vbi ppt resistẽtiã radij laterales ĩcipiũt
accedere ad radiũ mediũ cẽtralẽ qui dicit̃ radius ppẽdicularis vel cathecus ⁊ ita recedũt ab
incessu recto ⁊ frangunt̃. Sed cum res visibilis est in medio dẽsiore radij eius p ipm medium
directe extẽdunt̃ vsq̃ ad supficiẽ medij rariozis vbi ppter minorẽ resistentiã facilẽ aditũ in-
uenientes incipiũt dilatari (quia natura lucis est diffundere se per medium nisi impediatur)
et sic radij laterales a radio perpendiculari incipiunt recedere ⁊ frangi. Et visio per hos ra-
dios facta multas recepit varietates ⁊ errores. quãdoq̃ eñ res minores/quãdoq̃ maiores/
q̃nq̃ propinquiores/q̃nq̃ remotiores/ ⁊ sepius alterius figure q̃ sint apparẽt. vt eñ dicit in
quinta ppõne tertij rẽ visam p radios fractos extra locũ suũ necesse est apparere. Jtẽ in sex
ta eiusdẽ tertij res ptim exñs in aqua ptũ in aere apparet fracta. imo in toto illo ẽcio fere pclu
dit̃ q̃ ĩ possibile est rei vise p radios fractos certificari q̃ titatẽ. Sz aduertẽdũ q̃ cũ ocul⁹ est
in medio rariore ⁊ visibile in dẽsiore ppt dictã radiorũ a perpendiculari refractionem maio

Scõs modus videdi p radios reflexos

Triplex explimẽtũ de reflexione

Multe sũt reflexiones in pceptibiles

Differentie speculorum

Tertij⁹ mod⁹ videdi p radios fractos

rem angulum in oculo faciunt q̃ facerēt si in eadē distancia directe procederēt. maior autem angulus ad equalem vel eandem distantiā relatus facit maiorem basis apparentiam vt dr in 74. propositione primi. et ex hoc sequitur q̃ res apparet maior ⁊ propinquior q̃ sit. Cū aūt econuerso visus est in medio densiore visibile autē in rariore oppositum accidit vt scz res minores ⁊ distantiores apparent eo q̃ radij in occursu medij dēsioris ad perpēdiculare fracti minorem in oculo faciunt angulum. ¶ Ex hiis q̃ potest respōderi ad secundā questionē sumediocriter predicta inspiciantur. Unde res intra aquam vel trās vitrum aut cristallum vel vapores vise maiores ⁊ propinquiores q̃ in aere puro ⁊ in simili vel eadem distātia apparent. Hec etiam est causa quare ly dera orientia et occumbentia maiora q̃ in medio celi: et denarius in profundo aque maior q̃ extra apparet. Hac quoq̃ de causa contingit res aliquas videri per radios fractos quas per directos impossibile est ad oculum pertingere vt dicit septima tercij. sicut pz experimento qm̃ si ponatur denarius intra vas cuius latera sint mediocris altitudinis ⁊ retrocedat aspiciēs donec denarium (ex impedimēto laterum vasis directos radios prohibētium) nō videat. quo stante vas illud aqua limpida impleatur ⁊ denariū videbit etiam si longius recedat. quod nō est nisi propter radios fractos qui a superficie aque obliquo ꝛcessu nouā pyramidē ꝓstituūt. Ex hoc etiā inferitur solem lunā ⁊ stellas aliqn̄ videri ante q̃ orizontē ascendant quādo scz aer est vaporosus propter similē radiorum refractionē. Hinc ortū est cōe prouerbiū q̃ cū sol citius solito de mane apparet est signū future pluuie. Sequit et iā ex dictis q̃ tēpore sereno stellas maiores iudicem⁹ q̃ si in tanta distancia eas sub medio vnisormi videremus eo q̃ stelle sunt in medio rariore nos aūt in densiore.

Ad secūdā questionem

Primum corrolarium

Secundum

Tertium.

Quartum

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq̃ celebratissimi questio quarta.

Queritur quarto vtrū sphere celestes inferiores moueant plurib⁹ motibus. arguit q̃ nō qz si sic vel ābo tales mot⁹ essent naturales vel ābo violēti vel vn⁹ naturalis et alter violētus. nō primū qz eiusdē corpis simplicis nō est nisi vn⁹ motus naturalis. nec secūz qz tales sunt ppetui modo in perpetuis nullū est violentū. Et pari rōe ostēdit q̃ vnus non est naturalis ⁊ alter violētus q̃ tales sphere nō mouēt plurib⁹ motib⁹ a sufficiēti diuisione. Secō sic qz quelz sphera celestis est corpus simplex q̃ cuilz sphere debet vnic⁹ mot⁹ simplex. ꝓna tz per. p. p̃mo celi aūs notū est. Tertio sic qz si sic vel q̃ motores a qb⁹ moueren̄t essēt eq̃ fortes vel vn⁹ fortior alio. si p̃mū tunc sequit q̃ tales sphere deberēt simplicit q̃escere ⁊ nō moueri. ꝓna tz p sile nā si essent duo homines sese trahētes vn⁹ ꝓtra alterum ⁊ essent eq̃ fortes tūc nul⁹ eorū moueret imo q̃escerent. si scōm sequit tunc q̃ talis sphera dz pcise moueri vno motu. s. versus ptē ad quā tendit fortior motor. Quarto sic qz si sic vel hoc esset tab cadē intelligentia vel a diuersis non primū quia sicut forma naturalis habet vnicā operationē ppriā ita intelligēcia etiā hz mouere vnico motu. nec scōm qz vni orbi inest solū vna intelligētia sicut vni corpi solū inest vna aia. Quinto sic qz si sic vel q̃ tales motus essent equeveloces vel vnus velotior alio. si primū tunc sequeretur q̃ sphera deberet quiescere ⁊ nō moueri: ꝓna tenet a simili quia si nauis moueatur ab oriente in occidentē et homo moueat equali velocitate ecōtra tūc ꝓcedit coiter q̃ ille homo nō mouet simpliciter. et ita videret de sphera esse si illi duo motus essent eq̃ veloces. nec pōt dici scōm qz tūc sphera dēret dici moueri vnico motu. s. vsus ptē ad quā tēdit mot⁹ velotior. Sexto sic īpossibile est idē moueri plurib⁹ motibus simul ⁊ semel q̃. ꝓna tz et aūs pz qz si sic tūc possibile esset idē simul ⁊ semel cē in diuersis locis ꝓns est falsū naturalit ⁊ pz ꝓna qz diuersi mot⁹ locales ssit ad diuersa loca. Ultio sic qz si hsem⁹ ponere sphe ras iferiores mobiles diuersis motib⁹ hoc ect ad saluādū diuersitatē effectuū ī istis iferiorib⁹ sz nō ppē hoc oz ponere igit ꝛc. ꝓns est nota maior pz qz talis videt esse vna principalis cāb⁹ sz nō ppē hoc oz ponere igit ꝛc. ꝓns est nota maior pz qz talis videt esse vna principalis cāminor pz qz tūc oportet ponere plures tales sphēras tot moueri motib⁹ quot pducūt diuersi effect⁹ in spe ī istis iferiorib⁹. ¶ In oppositū arguit p autorē ī textu. nā posuit q̃ tales spe mouent ab oriēte ī occidētē motu diurno supposito mūdi. ⁊ ab occidēte in oriētē motu ppio supposito zodiaci. Etiā arguit p Ptholemeū ⁊ astrologos. In q̃stione erūt duo articli. in primo recitabit q̃dā opio de q̃sito ⁊ videbit qualit sit possibile idē simul moueri plurib⁹ motibus ⁊ quid ex hoc accidat. In secō respōdebit ad q̃situm ⁊ erunt dubia. ¶ Quātum ad primū sciendum

Primus articulus

Capitulum primũ.

est q̃ fuit q̃dã opinio scz opinio Alpetragij q̃ poneb̃at oẽs spheras celestes moueri vnico motu simplici scz ab oriente in occidẽtem ⁊ ab eadem intelligentia et mouebãt per aliquas rões ante oppositum factas. et ex alio quia cum oriens sit pars dextra tunc oĩs mot⁹ in celo debet incipere ab oriẽte. sed ad saluandũ illa que nobis apparẽt sicut diuersas reuolutiones sphe-rarum ymaginabatur iste Alpetragius q̃ p̃mũ mobile compleret reuolutionẽ suã ab oriẽte in occidẽtẽ ĩ vigintiq̃tuor horis adequate ⁊ alie sphere ĩferiores retardãt a tali ꝓpleme̅to aliquo magis ⁊ aliq̃ min⁹ scõm q̃ magis vel min⁹ distãt a p̃mo mobili. verbigr̃a. Octaua sphera nõ cõplet vnã reuolutionẽ ab oriente in occidẽtẽ in vigintiq̃tuor horis sed modicũ deficit ita q̃ in triginta sex mille ãnis ipsis facit vnam reuolutionẽ minus q̃ primũ mobile. postea saturnus magis adhuc deficit a tali reuolutione cõpleta q̃ octaua sphera ⁊ in tẽ q̃ facit in triginta annis vnã reuolutionẽ min⁹ q̃ primũ mobile. Postea iupiter magis deficit q̃ superiores in tẽ q̃ in duodecim annis facit vnã reuolutionem minus q̃ primũ mobile. Postea mars magis deficit in tẽ q̃ in duobus ãnis vnã reuolutionẽ min⁹ facit q̃ p̃mũ mobile. Postea sol magis deficit in tẽ q̃ in vno anno vnã reuolutionẽ facit min⁹. Venus ⁊ mercurius se hãt q̃si sol Luna vero inter oẽs spheras magis deficit in tẽ q̃ in mẽse deficit ab vna reuolutõe. q̃ scõm eius ymaginationẽ nos ponim⁹ aliquã sphẽrã cõplere reuolutionẽ suã quãdo reuertit cũ primo mobili ad idẽ puncti amissa vna reuolutione. Ista opio aliqualiter reprobabit in secũdo articulo. ¶ Ulterius notãdũ est q̃ tripliciter põt intelligi aliquid moueri pluribus motibus Primo mõ eque p̃mo. i. q̃ scõz se ⁊ quodlz sui mouea̅t de p se quolz illorũ motuũ ⁊ nõ aliquo illorũ ad motũ alt⁹ rectc sicut idẽ diuersis alterationibus simul alterat̃ videt̃ eẽ q̃ idem simul calefit ⁊ albefit. Scõo põt intelligi aliquid moueri pluribus motibus simul sic q̃ nõ mouea̅t vnico motu simplici sed motu mixto ex plurib⁹ motibus nõ tã q̃ motus habeat sic misceri sicut elemẽta sed sic q̃ alicui moto atribuant̃ denominationes cõueniẽtes diuersis motibus. De isto scõdo mõ põt exemplificari si aliq̃ mobile descendat per arcum cuius corda est semidiameter mundi tunc illud mobile mouetur motu composito siue mixto. Terciomõ dr̃ aliq̃d moueri pluribus motibus nõ eq̃ primo sed vno motu ex se ⁊ alio ad motum alteri⁹ sic q̃ vasis illorum motuũ sit illi mobili propius sed alter nõ ymo p̃ter iusturã. Istis notatis ponunt̃ ꝓclusiones. ¶ Prima est ip̃possibile est idẽ moueri plurib⁹ motib⁹ primomõ seu eq̃ p̃mo. pz p sextã rõnẽ aute oppositũ: nec valet obiectio q̃ idẽ simul ⁊ semel bñ mouet̃ plurib⁹ motibus alterationis: q̃ terminat ad quẽ diuersarũ alterationũ nõ sunt repugnãtes sed termini diuersorum motuũ localiũ eidẽ eque p̃mo ꝓueniẽtiũ repugnãt inter se. ¶ Scõs ꝓclo q̃ possibile est aliq̃d moueri plurib⁹ motib⁹ scõo mõ pz primo de exẽplo posito ĩ illo scõo modo: pz ex alio q̃ si nauis mouea̅t ab oriẽte in occidẽtẽ ⁊ hõ exñs infra moueret a septẽtrione ad meridiẽ tũc talis mouet̃ motu mixto ex duob⁹. ¶ Tercia ꝓclo possibile est idẽ mobile moueri diuersis motib⁹ terciomõ. pz q̃ si aliqua lãcea descẽderet ⁊ sit ibi musca mota circularit̃ tũc musca mouetur diuersis motib⁹ scz vno motu ꝓprio ⁊ alio ad motũ alterius. ¶ Sed dubitat̃ si nauis mouet̃ ab oriẽte in occidentẽ ⁊ sor̃ mouea̅tur ecõtra equali velocitate tunc q̃rit̃ vtrum sit simpliciter cõcedẽdũ q̃ sortes mouet̃. Et ad hoc dicunt aliq̃ q̃ sic q̃ sortes currit p̃ suẽ g̃ mouet̃. Item alias ꝓcederet̃ q̃ aliq̃s fatigaret̃ in descendo. Verũtã est alia opio magis ꝓbabilis q̃ ĩ casu illo sortes nõ mouet̃ simplr̃ loq̃ndo. ⁊ cã est q̃ ꝓtinue sortes eodẽmõ se hz ad fixũ descẽs g̃ nõ mouet̃ sz descẽs. Ex istis ꝓclonib⁹ iferũt̃ aliq̃ corrolaria. p̃mũ ẽ q̃ possibile ẽ ex duob⁹ motib⁹ rectis motũ circlarẽ describẽ. i. q̃ possibile est aliq̃d moũi duplici motu recto describẽdo circlz vel ꝑtes circuli. vbigr̃a describat vn⁹ circul⁹ deide describat̃ linea ꝑtigẽs circulũ ĩ p̃cto eq̃lis diametro illi⁹ circuli ⁊ eq̃ distãs ab illo dyametro ⁊ in ista linea ĩ p̃cto ꝓtact⁹ sit musca. a. et vltrs ponat̃ q̃ ista linea ĩcipiat moueri vniformit̃ ifra circulũ quousq̃ coopiat dyametrũ illi⁹ circuli ⁊ musca incipiet moueri supr̃ illã lineã sic q̃ dũ illa linea coopiet dyametrũ circuli q̃ tũc musca sit ĩ extremo p̃cto linee tũc in isto casu musca describit q̃rtã ꝑtẽ circuli ⁊ tẽ mouet̃ soluz duob⁹ motib⁹ rectis scz vno ex se ⁊ alio ad motũ linee. Et si vltra ponat̃ q̃ illa linea mouea̅t vltra dyametrũ quousq̃ ꝓtigat circulũ in p̃cto ĩ alia ꝑte circuli ⁊ musca reuertat̃ ad locũ suũ tũc dũ musca puenerit ad ꝓtactũ musca descripserit medietatẽ circuli. et si vltra ad huc ĩ fine habebit̃ q̃ musca descripserit circlz. Scõz corrolariũ q̃ ex duob⁹ motib⁹ rectis põt

Opinio alpetragij

Tripliciter aliq̃d moueri dicitur pluribus motibus

Prima ꝓclo.

Scõa ꝓclo

Tercia ꝓclo.

Bonũ dubiũ.

Primũ corrolarium.

Secundũ corrolarium

fieri vnus motus mixtus ex recto ⁊ circulari. Alij ponunt hoc corrclariũ sub ista forma scz q̃ possibile est idem mobile in eodẽ tpe describere costã ⁊ dyametrũ quadrati. vbigfa describa tur quadratũ ⁊ incipiat ei⁹ costa supior descẽdere quousq̃ coopiat costã inferiorẽ. ⁊ vltra ponat q̃ musca. a. sit in vno termino illius coste ⁊ incipiat moueri vniformiter ꝯ vnã costã sic q̃ dũ costa coopiet aliã costã q̃ tũc musca sit in alio termino coste. tũc in isto casu musca describit dyametrũ quadrati ⁊ etiã describit costã ei⁹ qz mouet sup illã costã motu ꝓpio. Terciũ corrclariũ. Possibile est idẽ mobile moueri motu simplici cui⁹ q̃lz ꝑs mouet motu mixto. vbigfa si aliq̃ sphericũ descẽdat ꝯ dyametrũ mũdi ad cẽtrũ tũc illud totũ totũdũ mouet motu simplicitũ q̃lz ꝑs pricipat de circuitõe in suo motu ⁊ sic q̃lz ꝑs mouet motu mixto. Ultimũ corrclariũ. Possibile est ex duob⁹ motib⁹ regularibus fieri vnũ irregularẽ. vbigfa mouea̅t nauis vniformiter ab oriẽte in occidẽtẽ. moueat etiã sortes vniformiter circulariter ĩfra nauẽ: certũ ẽ q̃ ex illis duob⁹ motib⁹ regularib⁹ resultat vn⁹ irregularis qz cũ sortes est ĩmediate in nauis ĩ q̃ mouet ad motũ sue cũ motu ipsi⁹ tũc motus ei⁹ velocitat ⁊ dũ est in alia medietate tũc mot⁹ eius retardat ⁊ pistũ modũ saluant retardatões retrogradatões ⁊ stationes planetarũ ĩ celo et hec de articlo ꝓmo. ¶ Quantũ ad scõm respõdẽdũ est ad q̃sitũ. pro quo est aduertẽdũ q̃ lz opio Alpetragij sit ꝓbabilis ⁊ ꝑ eã possent saluari aliq̃ apparẽtie in motibus planetarũ sicut ꝓplemẽta reuolutionũ tñ illa opio est ꝓtra oẽs astrologos. Jtẽ etiã ꝑ eã nõ bñ posset saluari retrogradatões planetarũ ⁊ ꝓiunctões. specialit nõ posset saluari mot⁹ titubatõis seu mot⁹ accessus ⁊ recessus octaue spe. Et ꝓtra istã opionẽ arguit vna rõe qz scõz illã opionẽ orbes planetarũ deberẽt retardari in suis motib⁹ vniformit scõz q̃ distãt a ꝓmo mobili. sz ꝓns est falsũ et ꝓtra dicta illi⁹ opionis. nã bñ ꝓcedit q̃ octaua spa ita modicũ retardat q̃ ĩ trigita sex mille annis solũ deficit ab vna reuolutõe. ⁊ saturn⁹ in trigita ãnis deficit ab vna. iupiter ĩ duodecĩ modo ibi nõ est eq̃litas. Jtẽ ex alio pz falsitas ꝓnis. qz ven⁹ ⁊ mercurius ĩ eq̃li tpe ꝓplẽt suas reuolutões sicut sol ⁊ ideo nõ retardãtur vniformiter. Ergo iuxta opinionẽ cões astrologorũ et actorũ ponũt due ꝓclõnes. ¶ Prima est q̃ ĩpossibile est spheras celestes moueri pluribus motib⁹ simul ⁊ semel sup eisdẽ polis. Cõclusio pz qz tales mot⁹ essent realiter ꝓtrarij nõ cõtraria nõ possunt esse simul in eodẽ. ¶ Scõa ꝓclo ⁊ respõsalis est q̃ possibile est spheras celestes moueri sit ⁊ semel plurib⁹ motib⁹ sup diuersis polis ⁊ diuersis axib⁹ ĩno ita ẽ de facto de spheris ĩferioib⁹. ꝓclo pz. qz tales mot⁹ nõ habẽt aliquã ꝓtrarietatẽ sue repugnãtiã per actorẽ ⁊ oẽs astrologos. ¶ Vñ ꝑ declaratõe hui⁹ ꝓclõnis aduertẽdũ ẽ q̃ cões astrologi ymaginant orbes ĩferiores moueri ꝑcipaliter duplici motu scz vno motu ab oriẽte in occidẽte ad motũ ꝑmi mobilis sup polis q̃ descẽtib⁹ scz polis mũdi ⁊ sup axe q̃ descẽte q̃ est dyamet mũdi. sz alio motu mouerẽt ab occidẽte in oriẽtẽ sup polis motis ⁊ sup axe mota scz sup polis zodiaci et sup axe zodiaci. Etiã poli zodiaci mouẽtur circa polos mũdi describẽdo duos ꝑuos circulos quorũ vn⁹ vocat circul⁹ arctic⁹ ⁊ alt circul⁹ antarctic⁹ ⁊ hmõi sphere ĩferiores circueunt eq̃lit q̃tũ est de ꝓmo motu. sz ineq̃lit q̃tũ est de scõo. primus est ad motũ ꝑmi mobilis vt dicebat. scõs est ab itelligẽtia ꝓprio. ¶ Ulterius aduertẽdũ est q̃ nõ est ymaginãdũ q̃ ꝑmũ mobile rapiat alias spheras ĩferiores secũ scõz q̃ videt actor in textu dicere. ⁊ rõ ẽ ꝓmo. qz ĩ motu raptus est semp violẽtia aliq̃ q̃ nõ põt reperi ĩ celo. scõo qz vnũ corꝑ nõ põt rape aliud secũ nisi illa duo hẽant supficies aspas mõ corꝑa celestia habẽt supficies valde leues ⁊ nullomõ aspera. Sz auctor ponit talẽ motũ raptus. vñ talis motus diurnus spherarũ ĩferiorũ causat a quadã virtute influxa a ꝓmo mobili in illis spheris ĩferioribus quemadmodũ ĩclinat spheras ĩferiores ad mouẽdũ sicut ꝑmũ mobile. comõ sicut natura cõis inclinat corꝑa grauia ad mouẽdũ sursũ ꝓpter repletionẽ vacui ⁊ ideo talis mot⁹ nõ est pure naturalis illis spheris nec violẽt⁹ sz est ꝑter naturã. Sz aliq̃s ꝓtra ista obiicẽt qz itelligẽcie ĩferiores nõ habẽt mouere nisi virtute intelligẽcie supme vt habẽt. 12. metaphisice q̃ sequit q̃ non debẽt mouere ad oppositũ ei⁹ ad qõ mouet ꝑmus itelligẽtia cui⁹ oppositũ dictũ est. Ad ꝑ respõdet ꝓcedẽdo ãs ⁊ negãdo ꝓnz ⁊ cã est qz itelligẽtie mouẽt ꝑcipalit ⁊ spãlit, ꝓpter finẽ ⁊ ad diuersos fines ordinant mot⁹ hmõi spherarũ ĩferiorũ ⁊ motus ꝑmi mobilis ⁊ sic pz de q̃sito. ¶ Sz dubiũ est vtrũ isti orbes mouean̄t plib⁹ motib⁹ ab eadẽ itelligẽtia vel a diuersis. Ad ꝑ respõdet q̃ hoc est a diuersis intelligẽtiis. qõ põt sic ꝓbari qz nisi sic tunc phs in duodecimo metaphisice male inquisiuisset numerũ intelligẽtiarũ ꝑ numerũ motuũ ex quo ab eadẽ itelli

Terciũ corrclariũ.

Ultimũ corrclariũ

Secũdus articulus.

Prima ꝓclo.

Scõa ꝓclo

De motu raptus

Primũ dubium

gētia, pueniret diuersi motus. Etiā videt q̄ quelz intelligētia, ppter eius simplicitatē sit, p-
ductiua pīse vni⁹ motus simplicis. ¶ Scōo dubitat vtrū celsi capiēdo pro orbe z intelligē-
tia dēat dici corp⁹ aiatū. Respōdet q̄ nō. z cā est qz ad hoc q̄ ex duob⁹ vno se habēte p modū
act⁹ alio p modū potētie fiat aliq̄ corp⁹ aiatū nō sufficit assistētia sz reqrit iherētia q̄ nō repit
inter intelligētiā z orbē ¶ Ultra dubitat de naturis septē planetarū. Et ad hoc dicēdum est
solū in generali. Primo saturn⁹ est planeta masculin⁹ malus seu maliuolus diurnus significa-
tor patrū z si fuerit natiuitas in nocte tunc significat vltimā senectutem. si fuerit occidēta-
lis significat iniciū senectutis. si fuerit orientalis significat grauitatē frigoris z siccitatis z i cō
plexione melācolica. Jupiter est planeta fortūat⁹ z masculin⁹ diurn⁹ significator sbē siue di-
uitiarū z opat calorē z hūiditatē tēperatā aeream sanguineā z ppē ß vocat pnciplum vite.
Mars est masculin⁹ nocturn⁹ malus z opat calorē z siccitatē z eius natura in pplexione est
colerica. Sol p aspect⁹ suos fortunat⁹ est malus tū est p iūctionē ei⁹ cū aliq̄b⁹ planetis in ali
q̄bus signis masculin⁹ diurn⁹ z opat calorē z siccitatē. Ven⁹ est planeta fortunat⁹ femineus
nocturn⁹ z opat frigus z hūiditatē. Mercuri⁹ est masculi⁹ diurn⁹ et inclinat p naturā suā ad
illū planetarū cui iūgit. Luna est fortunata feminea z nocturna z opat frig⁹ z hūiditatem.
¶ Sz ite pz hmōi planete hūt alias ppietates ī hoib⁹. vñ dicūt aliq̄ astrologi q̄ sol significat
spīm z aiaz. luna significat cogitationē. saturn⁹ significat merorē z tristiciā z vilitatē. iupiter
significat sapiētiā z rōez. mars significat irā furtū z celeritatē. ven⁹ significat ludū z gaudiū.
mercuri⁹ significat rōnalitatē dialecticā doctrinā disciplinā z sciaz speculatiuā. Ulterius est
aduertēdū q̄ de ordie planetarū seu de p̄mitate eoz in cōceptōe puerozq̄ diu fuerint in vto
matris tūc est ordo q̄ p̄m⁹ mēsis post ceptionē ptiet ad saturnū. scōs ptiet ad iouē. tcius ad
martē. qrt⁹ ad solē. qnt⁹ ad venerē. sext⁹ ad mercuriū. septim⁹ ad lunā. Et in illo. 7. nascūt
aliq̄ pueri z viuūt. octau⁹ mēsis ite ptiz ad saturnū z ob hoc puer nat⁹ ī octauo mēse nō pōt
vivere qz saturn⁹ significat mortē imo ē pnciplū mortis vt videbit postea. non⁹ inch ptiet ad
iouē z qz iupit est pnciplū vite ob hoc nascūt pueri fortes cōt i. 9. mēse z bñ pñt nutriri. Sed
p⁹ natiuitatē pueri adhuc hmōi planete hūt dispōere vitā pueri z diuidit sic eozq̄ ordiatio. lūa
incipit ab egressu pueri ab vto z dispōit vitā scōz q̄ritatē ānozq̄ nutritōis. i. p q̄tuor ānos. mer
curi⁹ regit p decē. deīn ven⁹ p. 8. ānos. deīn sol disponit p. 19. ānos. deīn mars disponit p. 15.
ānos. postea iupit p. 12. ānos. z p⁹ ea saturn⁹ ducit ad finē vite. z hec de articlo. 2. ¶ Ad rōes
ad pmā dr q̄ pña nō vz qz vn⁹ est naturalis z alē pter naturā. Ad scōz pcedit ānē qz verū est
scōz naturā ppriā. Ad tercā dr q̄ vn⁹ est fortior z cū iferit q̄ sequit q̄ solū ꝛc. pña nō vz qz illi
duo mot⁹ nō sūt repugnātes nec similitudo vz de hoib⁹ trahētib⁹. Ad qrtā dr q̄ hoc est a diuer-
sis nō tū eidē orbi coexntib⁹ sz vna coexnte orbi z alia coexnte pmo mobili. Ad q̄ntā dr q̄ vn⁹
est velocior alto. s. diurn⁹ mot⁹. z ad ī pbationē quia tūc nō deberet moueri ꝛc. pña nō vz qz il
li duo mot⁹ nō sūt oppositi nec repugnātes nec similitudo valz ad ppositū. Ad sextā pcedit
ānē dūmō ß fuerit sup diuersis polis z diuersis axib⁹. Ad vltimā pcedit maior z negat mīor
ad pbationē negat illa pña z cā est qz ex eisdē moub⁹ hii pueniūt diūsi effect⁹ p diuersos as-
pectus planetarum. ¶ De elementorum rotunditate.

Quod etiā terra sit rotūda z primo ab oriēte in occidentem z ecōtra sic pz. si
gna z stellen nō simul oriūtur z occidūt oibus hoibus vbiq̄ existentibus: sed
prius his qui sunt versus orientem. quod bene pz per ea que fiūt i sublimi.
vna enim z eadē eclipsis lune numero que apparet nobis in prima hora noc
tis apparet orientalibus circa horā noctis terciam. vnde ꝓstat q̄ prius fuit
illis nox z prius eis occidit sol q̄ nobis. sed q̄ citius z tardius oriūtur z occi
dūt stelle q̄bus dā cā est tīn tumor terre. Si enīm terra esset plana ab orientem in
occidētē: tam cito oriētur stelle occidentalibus q̄ oriētalibus. quod pz esse
falsum. Quod terra etiam habeat tumorem a septentrione in austrū z ex tra
sic pz. existentibus versus septētrionē quedā stelle sunt sempiterne appa-
ritionis scilicet que propinque accedunt ad polum arcticum. Alie vero sunt

Scōm dubiū

Tercium dubium de naturis planetarū

De effectibus planetarū in homines

Dñia eorum in prolem cōceptā z natā.

Ad rōes quesionis

De terre rotunditate

Prima ratio

Cōfirmatio

Scōa ratio

sempiterne occultationis sicut ille q̃ sunt ꝓpinque polo anthartico. si igit aliquis procederet a septẽtrione versus austrum in tãtũ posset procedere q̃ stelle que prius erant ei sempiterne apparitionis ei iã tenderent in occasum et q̃to magis accederet ad austrum tanto plus mouerentur in occasum. ille iterum idem homo iam posset videre stellas que prius fuerant ei sempiterne occultationis. Econuerso contingeret alicui procedenti ab austro versus septentrionem. huius autem rei causa est tũ tumor terre. Si enim terra esset plana a septentrione in austrum et econtra: stelle que essent alicui sempiterne apparitionis semper apparerent ei quocunq̃ procederet qd̃ falsum est. Sed q̃ plana sit prenunia eius q̃titate hominum visui apparet. Quod autem aqua habeat tumorem et accedat ad rotunditatem sic pz. ponatur signum in littore maris et ereat nauis a portu et in tantũ elongetur q̃ oculus existens iurta pedem mali non possit videre signum. stante vero naui oculꝰ eiusdem existentis in summitate mali bene videbit signum illud. sed oculus existens iurta pedem mali melius deberet videre signum q̃ ille qui est in summitate: eo q̃ signo propinquior sicut patet per lineas ductas ab vtroq̃ ad signum: et nulla alia huius rei causa est q̃ tumor aque. Excludantur enim omnia alia impedimenta sicut nebule et vapores ascendentes. Item cum aqua sit corpus homogeneum totum cum partibus eiusdem erit ratiõis. sed partes aque (sicut in guttulis et roribus herbarum accidit) rotundam naturaliter appetunt formam: ergo ⁊ totum cuius sunt ptes. Preterea humidum est bene terminabile termino alieno male vero termino proprio. aqua igitur (que humida est ⁊ terre ꝓtermina) figurã terre scz rotundam recipit. Aer eciam aqua humidior figuram contigue aque insequitur. Ignis insup rotundus est quia ad orbem lune terminatur.

Cõfirmatio

De rotũditate aque.

Prima ratio

Scõa ratio

Tercia racio

De rotũditate aeris et ignis

¶ Hec est scõa pticula tertie ptis in qua auctor ꝓbat ea que in scõa pte circa regionẽ elementarẽ ꝓposita sunt. ⁊ ꝑmo qd̃ dictũ fuit de figuris elemẽtorũ. scõo ibi. qd̃ aũt terra sit ĩ medio. ꝓbat ordinẽ inter elemẽta assignatũ. tercio ibi. qd̃ aũt terra ĩ medio oĩm. ꝓbat q̃ de motu et q̃ete elemẽtorũ dicta sunt. quarto ibi. tocius terre. adiũgit incidẽtaliter de q̃titate seu mẽsura elemẽtorũ. Prima ꝑs diuidit in q̃tuor scõs q̃ q̃tuor elemẽtorũ figuras ꝓbat. scõa ibi: quod aũt aqua. tercia ibi. aer etiam. quarta ibi. ignis insuper. Prima ꝑs ꝓbat terre rotũditatẽ dupliciter ꝑmo ab oriẽte in occidẽtẽ scõo a septẽtrione in austrũ ibi. qd̃ tra etiã hẽat. Qd̃ igit tra sit rotũda ab oriẽte in occidẽtẽ tali rõne ꝓbat. signa ⁊ stelle nõ eodẽ tp̃e adeq̃te oriunt ⁊ occidũt oĩbꝰ regionibꝰ habitatis vt puta indis grecis ⁊ latinis sz ꝑ̃us oriunt ⁊ occidũt magis orientalibꝰ q̃ terra est rotũda ab oriẽte in occidẽtem ⁊ e ꝓtra. Aĩs ꝓbat signo sũpto ex hiis que apparẽt in sublimi id est in celo. cũ enim tp̃e nocturno luna sup nostrũ orizontẽ eclipsat st attendat hora principij eclipsis in diuersis regiõibꝰ distãtibꝰ ab oriẽte in occidẽtẽ inueniet qd̃ si pncipiũ dicte eclipsis lune in regione magis occidẽtali fuit in ꝑma hora noctis in aliq̃ alia regiõe magis oriẽtali erit circa horã noctis terciã. hoc supposito ꝓbat sic aĩs in eodẽ instãti tp̃is est inicũ huiꝰ eclipsis oriẽtalibꝰ ⁊ occidẽtalibꝰ sz hoc idẽ instãs oriẽtalibꝰ est in hora noctis ĩcia occidẽtalibꝰ vero in ꝑma hora noctis q̃ nor prꝰ incepit illis q̃ istis ⁊ p ꝑ̃ns sol prius eis occidit q̃ hiis. quare etiã prius ortus est. qz in regionibus eiusdẽ climatis (de quibꝰ nũc precipue loquimur) dies artificiales ⁊ noctes sunt vniformes q̃ aĩs erat verum q̃ sol nõ eodẽ tempore adequate oritur ⁊ occidit omnibus regionibus ⁊ per ꝓsequẽs nec cetera signa ⁊ stelle eadem ratione. Sed consequẽtia ꝓbatur quia huius rei nulla alia causa assignari potest nisi rotunditas terre qd̃ patz quia stante aeris serenitate cum ipse aer sit summe dispositus ad luminis

receptione nullũq; aliud corpus opacũ sit inter nos ⁊ orientales nisi terra: sequit q̃ tũ tumor terre sese inter nos ⁊ orientales eleuãtis, prohibet lumini o diffusione vsq; ad nos illa hora qua sol orientalibus coruscat. Et pfirmatur hoc ex opposito pñtis arguẽdo qz si terra esset plana ob oriẽte in occidẽte cũ nullũ sit ĩpedimẽtũ tã cito oriretur sol ⁊ stelle nobis sicut orientalib⁹ qõ tũ ex eclipsi mõstratũ est falsũ. q̃ terra est rotũda ab oriẽte vlus occidẽte ⁊ extra. ¶ Notandũ q̃ indubie verũ est solẽ ⁊ alias stellas nõ simul oĩb⁹ habitatiõib⁹ oriri aut occidere. qõ auctor certissimo expimẽto eclipsis lunaris pbauit. ⁊ pôt etiã alio expimẽto idẽ probari qz si mare influat seu crescat hora meridiana in hyspania pstat (cũ mare ptinuũ sit) q̃ eodẽ tpe crescet in britania/gallia/⁊ anglia. expimẽt tũ naute q̃ illud tpe quo mare sic crescit nõ est hora meridiana in britania/gallia/aut anglia. vñ pz q̃ nõ simul est meridies nec ortus ⁊ occasus solis in his oĩb⁹ regiõib⁹ sz qñ vni sol orit alteri hora tercia est alteri meridies ⁊ item alteri post meridiẽ ⁊ alicui alteri sol occidit. ¶ Sciẽdũ tã q̃ auctor magis ãnotauit in hoc loco eclipsim lune q̃ solis eo q̃ (vt postea diceẽt) eclipsis lũe est pũatio sui luminis, ppter ĩtpositionẽ terre soli ⁊ lune. sed eclipsis solis nõ est priuatio sui luminis sed tũ q̃dã ei⁹ occultatio aut obũbratio. vñ sequit q̃ luna simul tpe eclipsat oĩb⁹ his q̃ possunt hora eclipsis corp⁹ ei⁹ sup orizõtẽ aspicere. si eñ aliq̃d ẽ obscuratũ aut denigratũ vndecũq; aspiciat obscurũ ⁊ nigrũ apparebit. Sol vero nõ oĩb⁹ simul sz successiue seõz pri⁹ ⁊ posteri⁹ hoĩb⁹ eclipsat⁹ apparet. dũ eñ vna regio defectũ solis percipit alta ipm solẽ clarũ ⁊ fulgidũ videt. Idco ex eclipsi lune optimũ fuit argumẽtũ solẽ ⁊ stellas nõ simul oriri aut occidere vbiq; terrarũ. qõ tũ ex eclipsi solis nõ posset concludi. bene eñ sequit luna nũc est orientalib⁹ ⁊ occidẽtalib⁹ simul eclipsata et hoc idẽ nunc nõ est similis hora huic ⁊ illis sz his est pma hora noctis illis vo ẽtia q̃ nox nõ simul vtrisq; cepit et sic neq; dies. vñ sol nõ simul fuit ortus oĩb⁹ illis. Sed non sic pôt arguiex eclipsi solis eo q̃ nõ simul tẽpore oĩbus fiat. vnde nimirũ si alia ⁊ alia hora diei eclipsim sentiãt probatio q̃ auctoris certa fuit. Et posset dari vna alia similis ponamus q̃ hora meridiei parisius virtute diuina fieret vnũ magnũ tonitruũ in nubibus quod posset simul in ytalia/germania/et gallia/atq; hyspania audiri: vel ponamus q̃ fieret vnus magnus terremotus qui simul ab his oĩb⁹ sentiret. clarũ est q̃ existentes in ytalia dicerẽt se tonitruũ aut terremotũ hora secunda post meridiem sensisse. germani vero hora pma. galliarũ aũt incole dicerent q̃ in meridie. in hyspania aũt hora vndecima ante meridiẽ posito q̃ vna istarũ regionũ ab alia p q̃dẽcim grad⁹ celi distet. vnde pz q̃ idem nunc tẽporis est aliquibus finis hore pime/aliis hore secũde/aliis autẽ pũctus meridiei ⁊ item aliis finis hore vndecime ante meridiane. horologia enim ciuitatum licet aliquãdo similia sint non tamẽ simul suas computationes incipiũt sed quodlz eorũ respicit ortum solis in suo orizonte similiter et occasum. ideo quando parisius est hora sexta matutina nõ similiter est Rome aut Cesaraugste eadem hora quãq; similia sint horum locorum horologia. ¶ Circa hoc aũt est aduertendũ q̃ horologiorũ quedã sunt integra illa sz que cõputãt vsq; ad viginti quatuor horas. et dicũtur integra qz equiperãtur toti diei naturali et tũ semel quolz die naturali ĩcipiũt. sed horũ est dfa qz apud grecos oriẽte sole quolz die mũdi horologiũ pulsat viginti quatuor horas et ide ĩcipit currere p vnã/duas/tres/⁊ cetas horas. sed in ytalia sole occidente viginti quatuor hore sonãt et inde incipit horologium ab vna et discurrit per omnes horas vsq; ad viginti quatuor quas facit in sequẽte die sole occidente. Et secũdum hec ytalica horologia pputauit auctor cũ dixit eclipsis lune que apparet nobis in pma hora noctis apparet oriẽtalib⁹ circa horã noctis ĩciã id est qñ ĩ horologio ytalico sonãt tres hore. Alia vo sũt horologia dimidia q̃ sz solas duodecĩ horas cõputãt et inde ad pmã redeũt et hec bis in die naturali incipiant sz in meridie ⁊ in media nocte ⁊ his cõtra vtuntur galli et hyspani. Sed de dfa horum horologiorum ⁊ quomodo horas dimidiorũ ad horas integrorũ et ecõuerso reducere valebim⁹. satis egregie tractauit mgr Johãnes de mõteregio in suo kalẽdario astrologico. ¶ Notãdũ etiã q̃ Ptholemeus ⁊ ceteri cosmographi q̃ distãcias locorũ et habitationũ ab inuicẽ ⁊ ab occidẽte p grad⁹ celi in geographia sua notauerũt nõ aliẽ q̃ expimẽtis habũt (ex eclipsib⁹ lune illud scire potuerũt vt etiã Ptholeme⁹ in pmo libro cosmographie tradit. duo eñ vel tres focij q̃ tũc ists scire curabãt tpe eclipsis lune ad diuersa tre loca diuidebanẽ ⁊ horologiis vel instrumentis certissimis inuiũ eclipsis lune obseruabãt ⁊ dfaz ho

Expimentũ.

Quare auctor magis arguit ex lune eclipsi q̃ solis.

Unũ aliud simile argumẽtum

Diuersitates horologiorũ

quomõ astrologi inuenerũt geographiã

rarum inter vnã regionẽ ⁊ aliã inuẽtã p gradus celi distribuebãt taliter q̃ p vna hora accipi ebant quindeci gradus celi ⁊ p quatuor minutis hore vnũ gradũ inter diuersos meridianos illarũ regionũ. Cuius rõ est q̃ primũ mobile (p cui⁹ motũ ꝓtingũt ortus ⁊ occasus stellarũ) in vna hora pcurrit quindeci gradus. cũ in vigiti quatuor horis vnã pficiat reuolutionẽ q̃ ꝓtinet trecẽtos ⁊ sexaginta gradus. Distancias autẽ ciuitatũ ab equinoctiali per eleuatões poli supra orizontes cognouerunt vt infra capl̃o scõo dicet. Et sic qõ auctor dicit q̃ eclipsis lunc q̃ apparet nobis in prima hora noctis apparet oriẽtalibus hora noctis tercia est intelligendum de illis oriẽtalibus quorũ zenit distaret a nro per tricinta gradus celi ex quo inter nos ⁊ ipos est dsa diuarũ horarum. ¶ Notãdum etiã q̃ ex hac eadẽ eclipsi lunari accipit Aristoteles scõo de celo aliud argumẽtum ad pbandũ q̃ terra est rotunda eo q̃ vmbra terre (quã tunc intrat luna) tangit lunã arcualiter q̃ ipsa vmbra ⁊ per ꝓs terra cuius effigiẽ gerit rotũditatem habent. Sed hec ratio parui momenti est quia ipse alibi dicit q̃ luna recipit lumen solis arcualiter non ex eo q̃ lumen sit rotundum sed propter ipsius lune rotunditatem. ¶ Sciẽdum vlterius q̃ dies artificiales similiter ⁊ nocies licet varietur in anno scõm cremẽtum ⁊ decrementum: ⁊ hec variatio maior in vno climate q̃ in alio reperiatur vt infra capl̃o tertio patebit: tamen in omnibus ciuitatibus eiusdẽ climatis est similis dierum ⁊ noctũ variatio. quando enim rome est dies artificialis quindecim horarũ totidẽ est Cesaraugustę. Toleti ⁊ vlixbone que sunt ciuitates hyspaniarum in medio quinti climatis sicut ⁊ roma. ⁊ quãdo in illis dies decrescit ⁊ fit nouem dũtaxat horarum similiter ⁊ in hiis. Et si sol hora quinta rome oriatur aut occidat in hiis etiam ciuitatibus simili hora orietur aut occidet. nõ tm eodẽ momẽto tẽporis sol rome ⁊ aliis eiusdem climatis ciuitatibus oritur aut occidit propter diuersam ab occidente ⁊ oriente distanciam vt dictum est. Argumẽtum autẽ auctoris maxime locũ habet in ciuitatib⁹ eiusdẽ climatis videlz q̃ si sol prius rome occidit q̃ cesaraugustę oz q̃ prius eidẽ etiã ortus sit q̃ hute ⁊ q̃ prius fuerit illi meridies q̃ isti. qcũ dies sint ꝓo eq̃les in eis si fines habẽt dẽtes g ⁊ principia ⁊ media. in locis vero diuersoꝝ climatũ licet hoc argumẽtum ꝓcludat nõ tm ita euidẽter nec caret aliq̃ali deffectu vt patebit diligẽter intuẽti. ¶ Notãdũ ꝓteres q̃ ꝓsequẽtia auctoris valida est cũ infert sol nõ simul oritur vbiq̃ terrarum q̃ terra ab oriẽte in occidentẽ est rotũda. si enim nos hoc ẽs iter hyspaniã ⁊ galliã exprimur vere: sic ⁊ inter galliã ⁊ germaniã: et etiã inter germaniã ⁊ ytaliã: ⁊ adhuc inter ytaliã ⁊ greciã ⁊ sic ꝓ inter eũdem versus oriẽtẽ idẽ cõtingere videm⁹ q̃ sequit q̃ inter hyspaniã ⁊ galliã est tumor ⁊ eleuatio terre similiter inter galliam ⁊ germaniã ⁊ inter germaniam ⁊ ytaliã ⁊ etiã inter ytaliã ⁊ greciam ⁊ sic ꝓsequẽter. vnde terra inter orientẽ et occidentẽ vbiq̃ habet globositatẽ et tumorẽ quod est eã esse rotũdam ab oriente in occidentẽ. ¶ Textus. Quod terra etiã. Probat terre rotunditatẽ ab vno polo mũdi vsus aliũ tali rõne habitãtibus versus septẽtrionẽ vt anglicis germanis ⁊ gallis (quoꝝ regiones septẽtrionales sunt) quedã stelle semper apparent ⁊ nunq̃ occidunt scz vrsa maior ⁊ minor et dracho et q̃dam alie que propinque sunt polo arctico. Alie vero stelle semper eis occultantur ⁊ nunq̃ oriuntur ille scz que sunt prope polum ãtarcticũ vt nauis argos et multe alie. Hoc supposito arguitur sic si aliquis istorum septẽtrionalium procederet versus equinoctialem et cõtra alium polũ australem in tm posset procedere q̃ stelle que prius nunq̃ occidere solebant (vt de stellis vrsarum diximus) aliqua hora diei vel noctis et occiderẽt atq̃ subozizõte mergerent. ⁊ q̃to magis ad australẽ seu meridianã plagã accederet tanto magis occasum dictarum stellarum aliq̃bus horis videret: ortũq̃ aliarum stellarũ (q̃ eiusdẽ q̃ orte fuerant) expiretur. et videre inciperet stellas que prius fuerant ei sempiterne occultationis. tandem q̃ stelle septentrionales fierent ei sempiterne occultationis stelle vero australes sempiterne apparitionis si illuc vellet morari. econuerso contingeret alicui si procederet ab austro versus septentrionem ergo terra est rotunda a septẽtrione in austrum. ãs experiencia notum est ⁊ nauigãtibus occeani q̃ vsitatissimũ. ꝓsequẽtia pbat quia huius rei nulla alia causa probabilior videtur esse q̃ tumor seu eleuatio ⁊ globositas terre inter septentrionem ⁊ austrum. aer enim vt supra dictum est tempore serenitatis species istarum stellarum optime susciperet et perius oculis nostris sese preberet. Et cõfirmat hoc ex opposito ꝓtis si enim terra esset plana a septentrione in austrum ⁊ econtra stelle q̃ apparerent taliter

Alia rõ rotũditatis terre ex vmbra ei⁹

quid rotũdũ ẽ, rotũmat.

De intelligẽtia ãtis auctoris

De valore sue ꝓtie.

Capitulum primum

existenti in patria septētrionali semp apparerent ei quantiūcūq; procederet versus austrum q̃ tamē experimento supradicto apparet falsum ḡ oportet ponere tumorositatē terre a septentrione in austrū huius apparitionis ⁊ occultationis stellarū solā causam esse q̃ea semota dicte stelle non sic pmutarent ab occulto in apertum ⁊ ecōtra eo q̃ nullū aliud videtur obstaculū medīū. ¶ Notādū q̃ preter has rōnea astrologicaa Aristoteles in scōo de celo format alias phisicas rōnea de rotūditate terre quarū potissima hec est oē eñ graue inq̃tū pōt tēdit ad cētrū. oēs aūt ptes terre sunt graues oēs ḡ ille ipellunt ferunt q̃ ex oi pte ad cētrū ⁊ maiorea earū miorea ipellūt ne alie aliis a cētro distāciores esse appetūt nisi ipediant. terre ḡ ptes super cētrū cōcurrētes figurā toci⁹ efficiūt rotundā. ¶ Considerādū etiā q̃ tā rōes phi q̃ etiā rōnes hui⁹ auctoris probāt terrā esse sphericā cōsiderata natura ⁊ pprietate sua. non iñ si accipiat terra qualiter nūc de p accidēs aliqbua extraneis causis est dispposita. causa eñ agēs q̃ celū est scōz diversas vtutes ⁊ influētias terrā ptinue alterat ⁊ īmutat q̃ vt habet in pmo ⁊ scōo metheorōz syderū pstelletōes ⁊ influēcie ab vna pte terre in aliā pmutant ⁊ nūc in hanc terre plagā steile frigide ⁊ hūide influūt ⁊ est gnatio aquarū fontaliū ⁊ puteaḷium in tre visceribus ptes q̃ iste terre hūidiorea ⁊ grauiores atq̃ cōpactiorea fiūt. nūc vero ecōtrario pstellationes sicce ⁊ calide vigent generant q̃ exalationes multe vētose que terre motum cōcitare possunt ⁊ ignē sulphureū intra terrā generare ideo ptes illas terre leniores ⁊ rariores efficiunt. hinc ergo diversitates mōtiū ⁊ vallium in terra exhorte sunt vt Albertus ⁊ plerique phi ex Aristotele sumpserūt. Magnā insup harū variationū causā ⁊ diluuiū vniversale et pticularia diluuia pstiterūt. Si etiā cām finalē ispiciam⁹ cōgrue hat saluti viuētiū ⁊ precipue hoīm (ppter quoa cetera facta sūt vt dr in scōo phicoz / scōo de aīa / pmo de republica / et in psalmo octauo) quasdā terre ptes esse sublimiores aliaa vero depssiorea ⁊ hūiliores. q̃ sic ppter diversas ptiū terre pplexiones diversitates mineraliū ⁊ terre nascētiū atq̃ aīaliū nobia cōferunt. ibi eñ optima frumēta atq̃ legumina crescūt. illic aūt optima vina. alibi aūt species aromaticarū copia multa. ⁊ itē in q̃busdā regionib⁹ ligna pciosa herbe salutifere atq̃ aues / bestieq̃ mirabilea gnant. in aliis aūt alie rerū diversitates q̃ plurime. Sic igit in q̃libet terre plaga scōz qō p mōtuositatē aut vallicositatē dispposita est alia ⁊ alia vegetabilia ⁊ aīantia. pereant ⁊ quedā in vallibua generant crescūt ⁊ pseruant q̃ que in mōtib⁹ mīme fierēt aut durarēt ⁊ ecōtra. voluit ḡ nature ille optim⁹ gubernator rerū ⁊ tp̄oz atq̃ regionū vicissitudinea alternare vt oī ex pte sufficiēs esset hoīz. puisto atq̃ infinitā eius sapiam ex tot rep diversitatib⁹ miraremur. Iste tñ vallū ⁊ mōtiū diversitates collatione ad totā terrā facta insensibiles sunt neq̃ ppter eaa terre rotūditatē negare oportet. si eñ aliqa multū in aere elez eleuatus vt terrā a longe videret ipam rotundā iudicaret nulla mōtiū ⁊ vallū percepta dra. ¶ Textus. Sed quod plana. Remouet vnū dubiū tale quare ergo nos terrā iudicam⁹ planam si ipsa rotunda est Respōdet q̃ hoc est propter terre magnitudinē ⁊ visus nri breuitatē hō eñ in supficie tre exña parua ei⁹ portionē pōt videre. cōstat aūt q̃ si alicui⁹ magni circuli portiū cula abscindat plana apparet. ideo hom o iudicat ptē terre quā videt esse planā eo q̃ nō percipit terre curuitatem aut girū. sed q̃ visus eius directe ptendit iudicat terrā in extremo sui esse celo adherētem corpora eñ interiarencia non sentit vt dicunt pspectiui. ¶ Textus. Quod autem aqua. Probat aque rotunditatē dupliciter primo quodā experimēto tali si alicui qua nauia exeat a portu in quo est aliquod signum notabile puta domus aut turris: post certam distanciam existentes in naui non videbunt signū illud. si autē tunc stet ⁊ detineat nauis et ascendat aliquis ad summitatem mali (quod est lignū erectum in medio nauis cui oēs corde quibus nauia regitur alligātur: quod etiam arbor nauis dicitur) ille bene videbit signum. Tunc arguit sic ille qui est lūmitate mali videt signū alij aūt qui sunt iuxta pedem mali nō videt ḡ aqua inter media nauis ⁊ signi habet tumorē ⁊ globositatē. aña supponit experiētia notum pseqētia. pbat q̃n nulla alia hui⁹ rei causa assignari pōt q̃ tumor aque (supponim⁹ eū aerē serenū secluſis nebulis ⁊ vaporibus). quia nisi aqua ipediret magis deberent videre signū illi qui sunt iuxta pedē quā ille qui est in summitate mali: eo q̃ signo sunt ppinquiorea vt p3 plineas ductaa ab vtroq̃ loco vsq̃ ad signū qm̄ illa q̃ est a summitate mali lōgior est q̃ alia que est a pede mali vsq̃ ad signū eo q̃ ad illā se habet sicut dyametē q̃drāguli ad costā q̃ q̃dem

Alia ratio aristotelis ad idem

Qō terra nō est pfecte rotunda.

Prima causa

Scōa causa Tertia cā.

Causa finalis propter quā in partibus terre est varietas atq̃ inequalitas.

Experiētia nautarum

quadrāgulus inter nauim ⁊ signuz ymaginat vñ solum relinquit tumor aque existētib⁹ iuxta pedē mali ipedimētum pbens. ¶ Notādū q̄ hoc explimēto sept⁹ gaudēt nauigātes. Cum eñ scōz ꝓputatōes suas sunt ꝓpe aliquā terrā quā itinere suo petūt: si tpe existīato nō videt terrā iubent nautā pitum summitatē mali ascēdere qui aliq̄to tēpore ad ptes orizontes circūspiciens terrā quasi nubē nigrā ⁊ multo aquis inferiorē videt. tunc illi in nauim eo dirigunt deum laudantes qui ad portum eos incolumes perduxit. ¶ Sciēdum etiā q̄ auctor de rotunditate elemēti aque ꝓbationē daturus ad experimētum in mari habitum se cōuertit eo q̄ vt dicit in scōo metheorozꝝ aut mare est elemētum aque aut locus maris est locus elemēti aque. Elemēta eñ pura ⁊ imixta nusq̄ reperimus quia (vt de terra diximus) a celo cōtinue alterātur nec diu in eadē dispositōe permanere sinunt. vnde aqueū aquā vocam⁹ et aereum aerē terrāq̄ terreum vt dicit in scōo de generatione. ¶ Secundo ibi. Item cum aqua: Probat idē duab⁹ rōnibus phisicis ꝑmata talis est in corporib⁹ homogeneis quelz ꝑs est eiusdē nature cum toto Sed aqua est corpus homogeneum ergo quelz pars aque est eiusdē rōnis cum tota aqua. sz quelz ꝑs aque feorsum accepta est rotunda (q̄ ex rozib⁹ herbarū ⁊ ex guttulis q̄b⁹ dom⁹ irrigat satis pōt ꝓbari) g̃ etiā tota aqua est rotunda ¶ Notādū q̄ ista ratio videt peccare p fallaciā figure dictōis scz variādo a mō vni⁹ ꝑdicamēti in modū alteri⁹: ideo dicēdū est q̄ nō concludit nisi ei aliquid addat. Pro quo oz scire q̄ vt colligit ex ꝑmo de generatōe ⁊ scōo de aīa quelibet rerum corporalium species req̄rit certā ⁊ determinatā figurā in materia ꝓpria. materia eñ disponi debet scōm exigētiā forme in ordine ad ꝓprias ⁊ naturales ei⁹ opatōes. vñ nobiliori forme (q̄ plures ⁊ altiores habet opatōes) melior materie dispositio debet. Inter ceteras aūt dispōnes materiales quātitas ⁊ figura ꝑcipue sunt. figura eñ distinctionē ptiū et organoꝝ in materia facit. alteri autē forme altera organizatio materie debet. alia eñ forme plante, alia aīe bruti ⁊ itē alia aīe humane corporis figura cōgruit. vñ ⁊ ꝑhs aīaz actum corporis organici dixit eo q̄ ipa forma ꝝ corporalium ꝑfectissima multas ⁊ diuersas opationes exercere pōt ⁊ sic multas ⁊ diuersas requirit in susceptiuo partiū dispōes. Cuilibet igit specie determinata req̄ritur figura ⁊ sic q̄ vni⁹ sunt species vnomō figurant. quare bene sequit Cōfirmatio rationis predicte.

Quare ptes aque fiūt rotunde.

tota aqua ⁊ q̄lz eius ꝑs sunt eiusdē specie g̃ etiā eiusdē figure. ¶ Sciēdū etiā q̄ ideo ptes aq̄ rozide aut effuse rotundam naturaliter appetunt figurā qz vnū quodq̄ ex naturali instinctu appetit esse ⁊ seipsum in q̄rto potest conseruare vt dicitur in scōo de generatōe ⁊ in scōo de aīa Virtus aūt maior ceteris paribus diuturnior est ⁊ pmanētior virtute minori: inter figuras etiā rotūda est capacior ⁊ maior aliis sibi ⁊ sopermetris vt supra dictū ē: vnde eadē res sub forma rotunda maioris virtutis est ⁊ permanētior atq̄ diuturnior q̄ sub forma angulari. ptes eñ figure rotūde magis vnifōres magisq̄ ꝓpacte ⁊ vnite sūt q̄ ptes alti⁹ figure ãgularis ¶ Scōa ratio ponit ibi. ꝑterea. q̄ talis ē hūidū est bn tmisabile tmiō alieno male vero tmino, ꝓpo vt dr in scōo de generatōe aq̄ igf cū sit corp⁹ hūidū est bn ⁊ facilē tminabilis et figurabilis a corpe sicco sibi cōtiguo. est aūt immediate cōtigua terre vt dicitur in q̄rto de celo ⁊ scōo de generatōe et ꝑmo metheorozū g̃ aq̄ figurā terre accipit saltē i supficie cōcaua. sed ꝓbatū est terrā ē rotūdā g̃ aq̄ quo ad supficiē suā concauā vbi terram tangit est rotūda. Ex quo etiam seq̄t aquā esse rotūdā ex parte cōuexa quia ꝓpter ei⁹ hūiditatē ꝑtes sue statī ꝓfluūt nec sē stare possūt quin decidant tota g̃ aqua in circuitu supra terrā cadit quare globū facit rotūdum vt etiam de partibus terre ad centrum concurrētibus argutū est. probatio ꝓsequētie qz non pōt dici q̄ in supficie aque cōuexa q̄dam ꝑtes sint a cētro remotiores ⁊ aliq̄ cētro ꝓpinquiores sicut accidit in corpe hūte supficiē planaz (pars eñ anguli magis distat a centro q̄ pars inter media duorum angulorum) nec pōt dici q̄ quedā ꝑtes sint aliis eminētiores que in aqua sicut ⁊ in terra montuositates ⁊ vallicositates faciant hoc eñ esset contra naturalem aque fluxibilitatem quia partes eius superiores natura ad inferiores cadunt imo si quis partes superficiei aque eleuare voluerit sup alias tlle statiz cadēt ⁊ aliis eqlissime ꝓiacebūt. Ideo pspectiui dicūt q̄ in oīa corpa leuiū ⁊ speculariū supficierū q̄ radios lucis aut colores reflectere nata sūt: primū locū obtinēt aer ⁊ aqua que ꝓpter eoꝝ magnā hūiditatē nullā habēt in supficie situs ptium diuersitatē sed oēs ad eqlitatē iacēt. verū reflexiones ymaginū ab aqua sensibiliter percipimus nō autem ab aere ꝓpter eius raritatē q̄ nō nisi debiles radios et a debilissimo visu pcep

Corrolariū.

Utrū mare sit elemētuz aque.

tibiles vt supra diximus reflecterere sufficit. ¶ Notandũ q̃ pōt sumi aliud experimẽtum de huiusmodi rotũditate aque satis mirabile. dicit enim thomas brauardini in secunda parte sue geometrie capitulo quarto de mōstratione tertia q̃ idem vas aqua pleuũ plus aque capit in loco inferiore q̃ in superiori positũ vtq̃ plus inpedetur ris q̃ in eius sũmitate. Sed sua ratio non concludit nisi de aq̃ q̃ supra os vasis rotundata detinetur magis autem rotundatur a qua cũ propiquiorẽ cẽtro mudi q̃ cũ est ab eo remotiorq̃ ī mīori circulo cōtīet nũc aũt vt dicit ppō geometrica eq̃l corda vel eadẽ maiorem portōem capit de mīori circulo q̃ de maiore. ¶ Notandũ etiã q̃ eadẽ rōe astrologica pōt pbari aquã eẽ rotũdã sicut ⁊ de tra. pbatũ est scz ppter diuersam stellarũ apparitōem ⁊ occultatōem. cum enim hyspani lusitani quos portugalenses dicimus occeanũ ī ethyopiam (vñ magnã copiam auri sibi cōparãt) ãnuatim trãsfretant int̃ meridiẽ et occidẽtẽ prorsum dirigẽtes (quod ipse fortuitu ī ethyopiã vlteriorẽ venẽs exptus fuit) ptinue polũ arcticũ duasq̃ eius vrsas decliuiores ⁊ orizonti ppīquores fieri vidẽt. et iam aliquibus horis eas sub orizōte occidere conspiciunt. stellasq̃ alterius poli antarticiq̃s in hyspania nũq̃ viderant tũc sup orizontem emergere vident et vlterius procedentes vsq̃ ad auri mineralia iam polum antarcticum clare sup orizontẽ vident polũ vero arcticũ videre nō possunt. ¶ Textus. Aer etiam. probat aerẽ esse rotũdum vnica ratōe q̃ talis est humidus est bene terminabile ⁊ figurabile ab alio corpe vt dictum est. sz aer est aqua multo humidior ergo sicut aqua ppter terre pteriationẽ sit rotunda sic etiã aer erit rotũdus q̃ ab aqua rotũda teriet. ¶ Notãdũ q̃ in hiis duob⁹ supiorib⁹ elemẽtis aere scz ⁊ igne q̃ ppter eorũ raritatẽ visura nō terminãt nullũ expimẽtũ de figuris eorũ habem⁹ idco oportuit recurrere ad rōes phisicas ⁊ vias disputatiua eorũ rotũditates ĩuestigare. Dec tñ de aere dicta ratio solũ quo ad eius pcauã supficiẽ arguit ipz eẽ rotũdũ. si aũt de puexa supficie idẽ pbare vellem⁹ eodẽ penitus argumẽto q̃ circa puexũ aq̃ vsi sum⁹ potim⁹ illud etiã pcludere vt simplicius ⁊ alij pmẽtatores dñt ī scōo de celo. ⁊ eodẽmō arguũt de puexo ignis. ¶ Text⁹. Ignis isup. pbat q̃ ignis sit rotũd⁹ tali rōe oẽ ptẽtũ bñ teriabile accipit figurã sui ptinẽtis corpis sz ignis ẽ bñ teriabilis q̃ rarissim⁹ ẽ ⁊ ptinet a celo imediate q̃ celũ lune ptigit vt dicit pmo metheororũ g̃ figurat ad modũ celi qōiã pbatũ ẽ rotũdũ. imo si ignis ī puexo rotund⁹ nō esset oporteret vacũ cōcedere. sed de eius supficie cōcaua planũ est q̃ rotunda sit q̃ est cōtigua aeri rotundo. ¶ Notandum q̃ sicut supra dictum est de terra q̃ ex natura sua rotunda est tamẽ ppter causas supradictas aliquãtulum a rotunditate deuiat. sic et de aliis tribus elemẽtis idẽ existimare oportet cum enim actiones et motus celorum sup elementa continuentur ipsa sepius ⁊ in figura et situ et quãtitate variant. vnde sub torrida zona que est inter duos tropicos ⁊ ī q̃ sol semp decurrit elemẽta supiora scz ignis et aer maiorantur ⁊ crescunt: elemẽtũ vero aque attenuat ⁊ minuitur. sed sub duabz extremis zonis vbi frigiditas maxie pualet elemẽtũ aque augetur ignis vero et aer minuũtur. vnde propter hanc causam aqua forte est quasi lenticularis figure aer autẽ et ignis oualis et hoc vt diximus de p accidẽs non ex propria natura.

Alia expientia de rotunditate aque.

Alia expientia ad idem.

aer ẽ humidior aqua

q̃ tria supiora elementa nō sunt psecte rotunda

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctoralisq̃ celebratissimi questio quinta.

Queritur quinto vtrũ celum ⁊ quatuor elemẽta sint spherica. Et arguit primo q̃ nō et primo de celo quia celum est orbicularis figure q̃ non spherice. pñs tenet quia figura orbicularis ⁊ figura spherica sunt diuerse figure. antecedẽs pz q̃ orbiculare dicitur illud quod est concauũ corpe alterius spẽi repletur imō sic est de celo ⁊ per pñs propositũ. Secundo sic q̃ figura ipsius celi debet esse maxime capacitatis inter omnes figuras. modo figura spherica nō est huiusmodi g̃. pñsequẽtia est nota. maior pz q̃ celũ debet oia alia cōtinere ergo eius figura debet esse maxime capax seu contẽtiua. sed patz minor q̃ figura spherica est minima vt pz per phm in scōo celi g̃ nō est maxime capacitatis pñs tenet q̃ maioritas figure facit ad maiorem capacitatem. Tertio sic quia non oẽs partes celi mouẽtur naturaliter circulariter igit. cōsequẽtia tenet quia figura spherica debetur corpori moto naturaliter circulariter. antecedẽs pz q̃ supposito q̃ appropinquare ad cẽtrũ mũdi sit descẽdere ⁊ elōgari ab eo sit ascendere tunc ex illo sequit q̃ aliqe ptes aliqũ ascẽdũt et aliqũ descẽdũt. nã planete qui mouentur ab auge sui eccẽtrici ad oppositũ augis appropinquat ad cẽtrum mũdi et extra

elongat ab eodē. Quarto sic qz si celū eēt sphericū tūc oēa eius ptea deberē esse spherice. ꝓna tenet qz in homogeniis cuius modi est celum ea dē figura debet toti z pti. sz ꝓns est falsum quia posset capi talia pa in celo q̃ esset quadrāgularis figure vel triāgularis. Quito sic qz aliquē ptes celi sicut sunt orbes eccētrici sunt in aliq̃ pte spissiores z strictiores in alia igit. ¶ Deinde arguit de terra q̃ nō sit sphērica. primo ad expiētiā qz videm⁹ terrā esse mōtuosam in pluribus suis ptibus g̃ nō est pfecte sphērica. Scdo si sic sequeret q̃ oculus existens in supficie terre nō deberet videre medietatē celi ꝓna ē ꝓtra astrologos. z pz ꝓna qz cū terra sit in medio mūdi tūc linea ꝓtingēs ipam terrā z ymaginata ꝓtrahi directe vsq̃ ad cōcauū celi secaret de cēlo arcū minorē q̃ sit medietas celi z scōm talē arcū videret precise oculus exīs ī supficie quare nō videret medietatē celi. Tertio sic qz si sic sequeret q̃ oculus exīs in supficie terre videret plus q̃ medietatē celi. ꝓns est contra astrologos sicut prius. Et pz ꝓna qa si terra ymaginaretur diuidi in duas ptes p cētrū: z vna ps esset āmota tunc oculus exīs in centro videret recte et pcise medietatē celi z cū talis oculus est nūc in supficie elcuat⁹ altior est q̃ in cōtro. g̃ plus dz videre q̃ ante z p ꝓna dz videre pl⁹ q̃ medietatē. Quarto sic qz si sic sequeret q̃ dū sol est in ortu z in occasu deberet nobis apparere diuisua scōm figurā circularē ꝓna est falsum z cōtra expiēntiam. sed pz ꝓna qz dū sol est in ortu tūc aliqua pars solis a nobis videt z alia nō sz occultat z ille ptes diuidunt q̃tū ad videri z nō videri p terrā. g̃ si sit sphērica tunc sol dz apparere arcualis figure. ¶ Deinde arguit de terra z aqua simul qz si essent spherice sequeret q̃ terra dēret esse oīno coopts aquis ꝓna est contra expiētiam. et pz ꝓna supposito q̃ terra et aqua tēdāt ad idē cētrū tunc cū ipossibile sit esse duo corpa sphērica habētia idē cētrū q̃ vnū circūdet totaliter aliud habet ꝓpositū q̃ aqua ꝛc. ¶ Ultra arguit de oībus elemētis simt qz elemēta nō sibi determinat certas figuras g̃ ꝛc. ꝓna pz ꝑmo p Aristotelē scdo celi. z ex alio qz alias elemēta nō essent ipotentia ad oēs figuras cui⁹ oppositū dicit Aristoteles. Scdo sic qz nō oēs ptes elemēto ꝓ hūt figurā sphērica vt docet expiētia g̃ nec elemēta. ꝓna tz qz in homogeneis eadē figura debet pti z toti. Ultimo sic spāliter de igne z aere qz ignis magis spissus est sub via solis z magis strictus sub polis aer vero extra g̃ sequit q̃ nō sūt sphērici. ꝓna pz ex dispōib⁹ ꝓuenientib⁹ illis elemētis. ¶ In oppositū arguit ꝓactorē ī textu z p Aristotelē scdo celi et p Ptholemeū in ꝑncipio almagesti capto tertio q̃tū est de celo et in quarto q̃tū est de elemētis. In q̃stione erūt ttes articuli. in ꝑmo videbit de figura celi. in scdo de figura elementorꝫ. et in tertio erūt dubia. ¶ Quātū ad primū sciēdū est q̃ ꝓprie loquēdo orbiculare z sphericū dīnt qz orbiculare dz esse ꝓtentū duab⁹ supficieb⁹ scz cōcaua z cōuexa cui⁹modi est celū. sphericū vero dz esse ꝓtentū vnica supficie scz cōuexa tū q̃nq̃ ponit vnū ꝓ alio sicut est in ꝓposito ¶ Scdo notādū est q̃ celū esse sphericū pōt intelligi principaliter trib⁹ modis. Primo q̃tū ad supficiē cōuexā supmi celi. scdo q̃tū ad supficiē ꝓcauā vltimi celi. Tertio mō pōt ītelligi q̃tū ad supficies tā ꝓcauas q̃ ꝓuexas sphērarū inter mediarū ¶ Istis positis ponunt cōclusiones. Prima est q̃ rōnes actoris in textu nō cogūt aut demōstrāt celū esse sphericū q̃tū ad supficiē ꝓuexā supmi celi si ponam⁹ celum quiescens. pz qz rō principalis actoris in textu cōsistit in hoc q̃ oporteret corp⁹ esse sine loco z locū sine corpore vtrūq̃ repugnat principiis phie. et ꝓbat ꝓnaz qz si celū esset alteri⁹ figure q̃ spherice vt figure āgularis tūc cū moueretur āgulus remaneret loc⁹ vbi prius erat sine corpore mō vbi celū q̃escceret illa non haberet locū. ¶ Scda ꝓclo est q̃ si ponam⁹ qōlz celū moueri z nullū q̃escēa adhuc rō actoris nō probāt celū q̃tū ad supficiē supmi celi ꝓuexā esse spherice figure. Pz ꝓclusio qz si celū poneret oualia figure adhuc posset saluari ei⁹ mot⁹ sine hoc q̃ remaneret loc⁹ sine corpe aut corpus sine loco ponēdo q̃ moueret sup axē que est linea lōgissime in illo corpe et q̃ coni esseut poli illi⁹ figure. z ita ēet si celū poneret eē figure ꝓposite ex duab⁹ pyramidib⁹ rotūdis ¶ Tertia cōclusio est q̃ rō actoris nō ꝑbat z demōstrat celū nō esse figure pluriū angulorꝫ vt triū āgulorꝫ vel quattuor z hoc q̃tū ad supficiē ꝓuexā primi celi. ꝓclusio pz qz si esset triangularis figure tūc oporteret q̃ vn⁹ āgulus ad min⁹ moueret z tunc rō habebit locū. ¶ Quarta ꝓclo est q̃ rō actoris nō demonstrat celū esse sphericū q̃tū ad supficiē ꝓcauā vltimi celi scz lune pz cōclusio. qz dato q̃ poneret esse āgularis figure cū moueret aliqa conus tunc iguis qui est fluxibilis subseqret z sic nō remaneret locus sine corpe. ¶ Quita ꝓclo est q̃ rō actoris bens dē-

Primus articulus.

Pria ꝓclo

Scda ꝓclo.

Tertia ꝓclo

Quarta cōclusio.

Quita ꝓclo

Capitulum primũ.

mõstrat celũ esse sphericũ q̃tũ ad supficies tã pcauas q̃ cõuexas sphearũ intermediarum. Pz pclo supposito q celũ nõ sit frãgibile/fluxibile/augmẽtabile/nec diminuibile. supposito etiã q nõ possit esse penetratio dimẽsionũ nec vacuũ. Tunc illis suppositis arguit sic sphere later medie mouẽtur sup alios polos q̃ pmũ mobile mouẽtur etiã diuersis motib⁹ inter se: g̃ si essent alij⁹ figure quã sphericeut oualis tũc oportet celũ frãgi/augmẽtari/vel diminui/aut fieri vacuũ/vel penetratio dimẽsionũ. ¶ Ultima pclusio z respõsalis ꝓ isto articulo est q ve risiliũs z rõnabiliũs est ponere celũ esse sphericefigure q̃tũ ad oẽs supficies suas q̃ alterius figure. hec pclusio pſuadet aliquib⁹ rõnib⁹. Primo sic qz prioꝝ corpori rõnabiliter debet figura prior inter alias figuras mõ celũ est pmũ corpus cũ sit ꝓpetuũ. alia vero sunt generabilia z coruptibilia. z figura sphericaest prior vt pz ꝑ geometriã g̃ pclo vera. Scõo sic qz corpori simpliciori debet figura simplicissima rõnabiliter mõ celũ est corpus simplicissimũ vt pz primo cell. z figura sphericaest simplicissima. qõ pz qz simplicitas figure attendit penes ꝓtineri a pauciorib⁹ lineis mõ figura sphericaunica linea ꝓtinet g̃ est simplicissima. Tertio sic qz corpori pfectiori debet figura pfectior: mõ celũ est corp⁹ pfectissimũ z figura sphericaest pfectissima qz sibi nõ põt fieri additio. Quarto sic qz celo debet figura capacissima cũ habeat ꝓtinere oĩa mõ figura sphericaest capacissima inter oẽs figuras ysoperimetrales vt dicit Archimẽdes ĩ suo tractatu de ysoperimetralibus. Quĩto sic qz cũ celũ regat pmotũ oĩa pmo celi sibi debet figura aptissima ad motũ mõ figura sphericaaptissima ẽ ad motũ g̃ debet ipsi celo ¶ Sed dubiũ est quõ põt saluari q figura sphericasit capacissima inter figuras ysoperimetrales z est minima vt habet pmo celi. Notandũ est q figure ysoperimetrales dicunt figure diuersarũ specierũ ex equalib⁹ lineis ꝓtẽte. vbigra si esset vn⁹ triãgulus z extẽdẽt tres eius linee in rectũ faciẽdo vnã lineã z esset vn⁹ circulus z extẽderet lineas ꝓtinẽs ipz: tũc si iste due linee sint eq̃les circulus z triãgul⁹ erũt figure ysoperimetrales. Rũdet tũc q figura sphericamaxima est q̃tũ ad supficiẽ sed minima quo ad lineã: z ideo illa nõ repugnat. et sic pz de illo dubio Et hec de articulo pmo. ¶ Quãtũ ad scõm videdũ est de figuris elemẽto ꝓ p quo eruut tria pũcta. in pmo videbit de figura terre. in scõo de figura aque. et in tercio de figura ignis z aeris. ¶ Pro pmo pũcto est aduertẽdũ q sphericũ loquẽdo ꝓpte dr q lineⁱ supficie exteriore est sine quacũq aspitate z a cui⁹ pũcto medio oẽs linee recte ad illã supficiẽ ducte sũt sibi inuicem equales. Sed rotũdũ dr illud q tẽdit ad sphericitatẽ/lz nõ sit perfecte sphericũ. vbigra pomũ dr rotũdũ nõ tn dicetur sphericũ verũtn rotũdũ z sphericũ qñq capiunt large vnũ ꝓ alio z ita capiũtur in ꝓposito. ¶ Isto notato sit pma pclo q terra rotũda est ab oriẽte in occidentem. pz pclo qz nisi sic seq̃retur q oẽs stelle siue planete vt sol z luna z sic de aliis deberẽt eque cito oriri occidẽtalib⁹ sicut oriẽtalib⁹ ꝓns est falsum. z pz ꝓna qz si terra esset plana tunc eũdẽ orizontẽ haberẽt oriẽtales z occidẽtales g̃ eque cito sicut sol ascẽderet supra orizontem aliquoꝝ ita etiã supra orizontẽ alioꝝ z ꝑ ꝓns eque cito oriret. Sed ꝓbat falsitas ꝓntis quia eclipsis solis aut lune que oriẽtalib⁹ apparet in pma hora noctis apparet occidẽtalib⁹ in scõa hora vel tercia tn fit simul z semel z cũ nõ simul appareat oĩb⁹ illis hoc ẽ ex eo q occidẽtales hũt noctẽ tardiorẽ q̃ habẽt oriẽtales. ¶ Scõa pclusio terra rotũda est a meridie ad septentrionẽ pz pclo qz ãbulãtes a septentrione versus meridiẽ aliã altitudinẽ poli sup orizontẽ repertũt q̃ prius habebãt z hoc nõ esset nisi terra esset rotũda. Scõo pz pclusio qz ãbulantibus versus meridiẽ incipiũt apparere alique stelle versus polũ ãtarcticũ q̃ nũq̃ eis apparuerũt desinũt etiã alique apparere versus polũ arcticũ que sẽper prius apparebãt z hoc est ꝓpter rotũditatẽ terre. ¶ Tercia pclo terra est vbiq rotũda pz qz oĩa grauia vbicunq descendunt (dũ tn nõ descẽdãt supra terrã mõtuosam vel vallicosam) descẽdũt per equales angulos et hoc nõ esset nisi terra esset sperica large capiẽdo z rotũda. Scõo pz pclo qz oẽs ꝓtes terre tẽdunt ad idẽ cẽtrũ ĩmo oẽa q̃tũ ad superficiẽ exteriorẽ equaliter distarent a centro nisi ꝓpter ticcitatẽ vna detineret aliã. vñ ymaginãdũ est q si terra esset fluxibilis sicut aqua tũc ipa vadiq distaret equaliter a suo cẽtro q̃tũ ad superficiẽ exteriorẽ. Tercio pz pclo q si terra non esset rotũda ĩmo plana sequeret q mõtes deberẽt videri a maiori distãcia q̃ videant ꝓns non est dicẽdũ. et pz ꝓna qz non videt quid ĩpediat visionẽ eoꝝ nisi rotũditas terre. vñ nõ põt dici q distãcia nimis impediat qz experientia est de duob⁹ boib⁹ quoꝝ vnus est ad pedẽ alicuius

Conclusio respõsalis

Prima ratio.

Scõa ratio

Tercia ratio

Quarta rõ.

Quĩta ratio.

Dubium

Secund⁹ articulus.

Primũ punctum

Prima pclo.

Scõa pclo.

Tercia pclo.

Scõa ratio

Tercia ratio

turris ⁊ alter ad cacumen ille q̃ est in cacuſe turris videt aliquē mōtem ab aliqua diſtācia ⁊ alī qui est ad pedē turris nō. ⁊ tñ ille q̃ est in cacuſe turris plus diſtat a mōte q̃ ille qui est in pede

ergo procededo vltra vsqz ad equinoctiale reperiret terra inhabitabilis quia sol ibidem tra
Scda opinio
sit bis in anno per zenit capitis eorum. Sed est alia opinio tenes oppositu predicte scz q sub
equinoctiali est terra habitabilis. et ad hoc adducit aliquas auctoritates et postea rationes.
Isidorus
Prima auctoritas est Isidorij in pmo ethimologiarum ponentis q in paradiso terrestri est loc⁹
versus orientem situat⁹ multu appropinquans ad globu lune sub eqnoctiali delectabilissim⁹ tepa
tissim⁹ ⁊ amenissim⁹. Scda auctoritas est illi⁹ de quo legitur scz de quodam hoie in angia q reci
tat se vidisse in suo tpe de quodam incatatore qui arte magica reclusera quedam spm maligni
qui quide spiritus vt posset euadere ⁊ exire promittebat sibi dare in qualibet die anni fruct⁹
maturos ⁊ altero petente ab eo vbi caperet. Respondebat q in quodam loco qu tab homini
bus reputabatur inhabitabilis qui tamen est delectabilissimus ⁊ amenissimus scz paradisus
terrestris: Sed postea sunt alique psuasiones qbus aliqui nitutur psuadere illa plaga esse ha
bitabilem ⁊ hoc q tum est ex tepamento aeris. Prima psuasio est qz in illa plaga est prinue
Prima ratio
equinoctiu ⁊ frigiditas noctis sufficiter optperat caliditate diei ⁊ econtra. ⁊ ita videt q ibi
frigiditas sufficiter obtperet caliditate qua alii ponut nimiam. qz prinue dies ⁊ noctes int
se sut eqles ibi. Scd a psuasio e ad ostededu ibi no ee calore nimis excessiuu. na lz sol bis in
Scda ratio
anno trascat p zenit capitis. tn sol trast in duob⁹ pctis. s. i pncio arietis ⁊ i pncipio libre ⁊ in
oib⁹ aliis tepoib⁹ declinat ad aliqua pte ⁊ no trasit⁹ solis p zenit no arguit inhitatione plage
Tertia ratio
Tercia psuasio eiqz planete frige factiui ⁊ humefactiui. s. saturn⁹ mercuri⁹ ⁊ luna maxie viget
in illa plaga ita q ip de directo aspicut illa plaga ergo sufficiter obtperant calorem solis

Capitulum tertium.

Quarta ratio

Quarta ꝓuasio q̃ inter equinoctialē ⁊ tropicū est terra habitabilis ꝗ a fortiori sub equinoctiali ꝓnia tz. qz inter equinoctialē ⁊ tropicū sol trāsit per zenit capitis ⁊ diu morat̃ur super horizontem ꝗ a fortiori ibidē debet esse terra ĩhabitabilis q̃ sub equinoctiall cum sub equinoctiall non diu maneat sol. aīs pz per Alphraganū ponētem primū clima ⁊ medietatē secundi esse vltra tropicū scz inter tropicum ⁊ equinoctialē. ¶ Sed tūc ad rationē aiteri⁹ opinionis respondetur dicendo q̃ bene stat q̃ alicubi inter nos ⁊ equinoctialē sit terra inhabitabilis ꝓ nimiū calorē ⁊ tñ sub equinoctiali esse habitabilē ⁊ tēperatā regionē. et ratio est qz iuxta tropicum sol qñq̃ peruenit ad zenit capitis ⁊ illo tūc est ibidē dies longissima ⁊ sic sol valde diu morat̃ sup horizontē ⁊ perpēdiculariter radiat quare tñ calefacit q̃ frigiditas nichil pōt eo q̃ talis nox est breuis. sed sub equinoctiali non tñ diu sol morat̃ sup horizontez sed precise ꝓ 12. horas. ¶ Tñ illaꝝ opinionū nulla est demōstrabilis sed q̃tū est ex his q̃ pōt concludi ex dictis antiquoꝝ astrologoꝝ lz ibi sit regio tēperata tñ ibi nō habitant aliqui hoīes. et hoc ponit expresse Albat̃ēi in suo tractatu de motu syderum.

Tertius articulus

¶ Quantū ad terciū notandū est q̃ lz multis modis terra possit fieri inhabitabilis. s. vel ꝓpter aquas/ vel ꝓpē mōtes/ tñ hic intelligit̃ de habitatione terre rōne tēperamēti in qualitatibus ꝓmis ꝓueniētib⁹ ꝓplexioni humane. et dr̃ tēperamētū regionis alicui⁹ ꝓuenīēs ꝓplexioni humane q̃ in illa regione homo pōt viuere in bona dispositōe ꝓpter tēp⁹ debitū ꝓplexioni hūane vel fatis prope.

Prima ꝓclo.

¶ Tūc sit hec prima ꝓclusio q̃ solū vna quartaꝝ septētrionalis est habitabilis ĩtelligēdo de habitatōe terre que pōt reperiri ab astrologis. ꝓbat̃ ꝓclo ꝓmo auctoritate Ptholemei ꝓma dictione almagesti capitulo ꝓmo.

Scda conclo

Scdo sic rōe qz si aliqua esset habitabilis vel esset illa que est sub equinoctiall ⁊ hoc nō qz ibi nulli hoīes habitant vt dicūt astrologi. vel illa que est supposita zone celi inter tropicū capricorni ⁊ circulū antarcticū ⁊ hoc nō vt ꝓbatū est in primo articulo. nec quarte suppositē zonis que sunt inter polos ⁊ circulos polares pz qz in illis viget nimia frigiditas. ꝓpē nimiā distanciā a sole ⁊ sic relinquitur q̃ solū illa quarta que est supposita zone celi inter tropicū cancri ⁊ circulū arcticū est habitabilis.

Ad rationes questionis.

¶ Scda ꝓclusio nō totalis illa quarta ē habitabilis. ꝓclo pz ꝓ Albat̃ēni in tractatu de motu syderum vbi ponit q̃ solū duodecima ꝓs terre est habitabilis mō illa quarta est plus q̃ duodecima ꝓs illi⁹.

¶ Ad ꝓma rōez negat̃ hoc ad ꝓbationē per Ouidiū ⁊ alios dicūt q̃dā q̃ magis est credendū astrologis qui circa hoc magis laborauerūt q̃ Aristoteleo ⁊ Ouidius. Ad scdaz negat̃ hoc ĩmo dictū est in ꝓmo articulo q̃ sol in hyeme illius regionis nimis distat a terra qz est in auge sui eccētrici: ⁊ in estate est nimis ꝓpin⁹ qu qz est in opposito augis. Ad tercia sunt alique ꝓtes ꝛc. hoc pōt negari. et cū probat̃ ꝓ hali abēragel ꝛc. dr̃ q̃ ipe nō ponebat affertiue sed solū loquebat̃ ad ymaginationē a esset aliqui tales essent. Ad quartā dr̃ q̃ bene ꝓbat q̃ nulla quarta totaliter est habitabilis ⁊ hoc est ꝓ scda cōclusione. Ad q̃ntam negat̃ hoc ad ꝓbationē qz sicut dū habem⁹ equoctium ꝛc. dicit̃ q̃ nō est simile qz dū habem⁹ equoctiū sol nō trāsit ad zenit capitis nostri sed ibidē trāsit vsq̃ ad zenit capitis eoꝝ. Ad vltimā negat̃ aīs ad ꝓbationē dicitur q̃ non est simile quia sol nimis distat a quarta que est inter polum ⁊ circulum arcticū. Et hec de questione.

¶ Capitulum quartum de circulis eccentricis ⁊ epiciclis planetarum. de ꝓpriis motibus tam eorum/ q̃ octaue sphere/ ac etiam none. et de causis eclipsium luminariū ⁊ aliorum planetarum. habet tres partes. prima est de circulis eccentricis et epiciclis planetarum.

Orbes sphere solis

Otu primi mobilis diffusius pertractato de ꝓpriis motibus inferioꝝ sphe raꝝ iā speculandū est. in quo a circulis planetaꝝ exordiri oportet. Sphera igit̃ solis tres orbes sibi ꝓtiguos tota diuisa est. quoꝝ duo extremi (qui deferētes augē eccētrici dicūt) orbes diformes sūt: scdz quid tñ mundo cōcentrici. verū semp subtilior pars superior est supra crassiorē inferioris et ecōtra. Terci⁹ aūt orbis in horum medio locat⁹ orbis vniformis est: mundo

tamen simpliciter eccentricus. Huic aũt corpus solare infixum est ⁊ deferens solem vel eccẽtricus solis appellatur. Similiter ⁊ triũ superiorũ planetarum atq; veneris sphere singule ex tribus orbibus sicut sphera solis integrãtur. In orbe tũ medio (qui eccẽtricus simpliciter est) quilibet eorum sphęrulam (que dicitur epiciclus) imersam habet. in cuius epiciclo vna extremitate corpus illius planete fixum est. Sed sphera lune quatuor orbes habet. tres quidem cum epiciclo sicut alii planete. super hos aũt orbẽ aliũ mũdo simpliciter concentricũ (qui deferẽs caput draconis nũcupatur) ⁊ tres p̃dictos ambientem gerit. In mercurio aũt quinq; orbes cum epiciclo assignãtur. duo quidem extremi similes duobus extremis sphere solis. et hii deferentes augem equantis dicuntur. intra quos etiam sunt alii duo similiter diffoamis crassitudinis, et corpulentie, et eodem modo adinuicem se habentes qui deferentes augem eccentrici nominantur. horum autem medius ponitur eccentricꝰ orbis cum suo epiciclo.

Orbes trium superiorũ planetarum ⁊ veneris.

Orbes sphere lune

Orbes sphere mercurij

¶ Istud est capitulum quartũ ⁊ vltimũ in quo principaliter agitur de motibꝰ inferiorũ sperarũ ⁊ de causis eclipsium habet tres ptes. prima est de orbibus eccẽtricis et epiciclis septẽ planetarũ. Scõa que incipit ibi. mouẽtur aũt. est de propriis motibus septẽ planetarum ⁊ octaue sphere ac etiã noue. Tercia que incipit ibi. ex hiis igitur est de causis eclipsiũ. Prima pars habet quatuor partículas prima est de orbibus sphere solis. Scõa ibi. similiter. est de orbibus aliarũ quatuor sperarũ scz triũ superiorũ planetarũ et veneris. Tercia ibi. sed sphera. est de orbibus sphere lune. Quarta ibi. in mercurio. est de orbibus sphere mercurij. ¶ Sphera igit̃ solis scõm astrologos sic dicit̃ esse facta. qz tota eius corpulẽtia aut crassitudo ex tribus orbibus sibi inuicẽ sup positis ⁊ ꝓtiguis integratur. sicut si corpus aliq̃ rotũdũ ⁊ cõcauũ ex tribus pellibus sut tunicis esset cõfectũ velut est cepe si cõcauũ esset. Est tũ dra in figura istorũ triũ orbiũ sphere solis: qz duo extremi scz suprem⁹ ⁊ infimus sunt orbes difformes et inequalis crassitudinis in oibus ptibus. nã quilibz ipsorũ in pte est spissior in pte vero subtilior vt pz ex diffinitione orbis diffoamis supra capitulo p̃mo posita. Habẽt se tamen hij duo orbes extremi taliter adinuicẽ q̃ semper latior pars vnius est in directo subtilioris ptis alterius ec ecõtra. hij aũt duo orbes scõm q̃d id est q̃tũ ad aliquã supficiẽ mũdo cõcẽtrici sunt id est centrum eorũ est cẽtrũ totius mũdi scz quãtũ ad supficiẽ cõuexã suprem ⁊ ꝓcauã infimi. Unde cũ tota sphera solis ad has duas supficies terminet: scõm se totã est mũdo cõcẽtrica licet aliquę ptes eius sint eccẽtrice. Sed quãtũ ad alias duas supficies scz ꝓcauã suprem orbis ⁊ ꝓuexã infimi hij duo orbes sunt eccẽtrici mũdo id est habẽtes aliud centrũ extra centrũ mũdi ⁊ ideo sunt eccẽtrici scõm quid. Vocãtur aũt p̃dicti duo orbes ab astrologis deferẽtes augem id est eleuationẽ eccẽtrici id est orbis medij. qui ꝓpter diffoamẽ crassitudinẽ duorũ extremorũ non potest esse mũdo concẽtricus sed eleuatur ⁊ fit eccẽtricus. ideo p̃mi duo orbes qz caulant eccentricitatẽ alterius dicũtur deferẽtes augẽ eccentrici. Sed orbis medius qui simpliciter id est quãtũ ad vtrãq; suã supficiẽ est mũdo eccẽtricus orbis vniformis est ⁊ equalis crassitudinis in oibus suis ptibus. licz em̃ due eius supficies scz cõcaua ⁊ cõuexa sint mũdo eccẽtrice:

sibi ipsis tamē concentrice sunt ⁊ sic orbē vniformē ptinēt. Jn hot aūt orbe medio corp⁹ solare qd̄ sphericū est imersum et infixū manet: taliter q̄ corp⁹ solis adequat corpulentiā et crassitudinē eius ex neutra videlz superficie huius orbis excedens ⁊ versus nullā partem orbis superemineus. habet em̄ se sol in hoc orbe sicut tuodus in aliquo ligno quia sicut phūs dicit in ꝓmo metheo ꝓx stella est pars densior sui orbis. Et orbis iste medius eccētricus solis vel deferens solē appellatur: qz ad motū eius sol sibi infixus mouet ⁊ deferet. ¶ Tex. Similit. Scōa pticula de orbibus aliaꝝ quatuor sphеraꝝ scz trīū supiorꝝ planetaꝝ saturni iouis et martis ⁊ etiam veneris qui ē vn⁹ de inferioribus planetis. ⁊ dispositio cuiuslz sphere horum planetaꝝ hec est. hz ēnutres orbes eodē modo ordinatos, figuratos, ⁊ noiatos sicut sphera solis. sed tū vltra hoc in orbe medio qui eccētric⁹ vel deferēs planete, dr̄ quelz haꝝ sphеraꝝ habet epiciclū q̄ ē vna qua sphera orbi eccentrico imersa sicut de corpore solis dictum est. in hoc aūt epiciclo corpus planete fixū est non q̄dem in centro epicicli sed versus superficiem et⁹ taliter q̄ non exit superficiem. epiciclus aūt in sua concauitate ꝓpriū motū hz ⁊ planetā secuz defert. sol tū in sua cōcauauitate nō mouet. ¶ Tex. Sed sphera lune. Tercia pticula de orbibus sphere lune. ⁊ hec spera prepter orbes in p̄dictis spheris assignatos quos eodē modo dispositos, figuratos, ⁊ noiatos hz sicut alie sphere: orbē aliū mūdo simpliciter. i. scōz vt trāq̄ superficiē concētricū hz qui oēs alios tres ambit. ⁊ hic orbis vniformis est ⁊ vocat deferens caput draconis qz ad motū hui⁹ variat caput ⁊ cauda draconis vt postea videbit. ¶ Tex. Jn mercurio. Quarta pticula de orbibus sphere mercurij: qz scōm astrologos sphera mercurij dr̄ habere q̄nq̄ orbes cum epiciclo. duo q̄dem extremi scz suprem⁹ ⁊ infim⁹ scōm quid mūdo cōcentrici sunt scz quo ad superficiem cōuexam superioris ⁊ cōcauam inferioris quo ad alias aūt duas supficies sunt mūdo eccentrici sēp tū ad invicē taliter se habent q̄ spissior pars vnius est in directo subtilioris partis alterius ⁊ econtra. ⁊ vocant orbes deferentes augem id est eleuatiōem e quātis. quid aūt sit equans paulo post apparebit. Jntra hos aūt sunt alii duo orbes sit̄r difformes tū simpliciter eccētrici id est q̄tum ad oēs ..ias supficies et latior pars vnius semp est cum subtiliore alterius ⁊ ecōtra. hii aūt duo orbes deferētes augem id est eleuationē eccentrici vocant qz orbis eccentricus mercurii intra hos duos locatus ꝓpter diuersam horꝝ dispositionē eleuat ⁊ centrū eius a cētro mūdi distat. in hoc aūt orbe eccentrico est epiciclus ⁊ in hoc epiciclo corpus mercurij vt in supiorbus dictū est. ¶ Circa istā p̄mā ptē dubitat quō cognite sunt horꝝ orbiū planetaꝝ diuersitates. ⁊ vtrū luie naturali seclusa omī reuelatione hoc potuerit sciri. Dicendū q̄ ad saluandū diuersitates q̄ in motibus planetaꝝ apparēt: rō naturalis coegit orbes eccētricos ⁊ epiciclos ponere. Vbi notādum ē q̄ q̄dā sūt diuersitates q̄ cōiter apparēt in oībus planetis sicut motus ab occidēte in orientem. ⁊ q̄ quilz planeta citius vnū signū zodiaci q̄ aliud pertrāsit cū tū oia signa sint equalia ⁊ motus planetaꝝ sint regulares. in hoc em̄ drūt motus grauiū ⁊ leuiū a motib⁹ celoꝝ vt Aristoteles dicit in duodecimo methafisice ⁊ in scōo celi qz illi q̄nq̄ velociores q̄nq̄ tardiores sunt hij vero sp vniformes. Alie aūt diuersitates apparent specialiter in q̄busdaz planetis ⁊ nō in aliis sicut deuiationes ab ecliptica linea apparent in sex planetis non autem in sole. Jem directiones et retrogradationes non apparent in sole et luna: sed solum in aliis quinq̄. Et intersectiones eccentricorum cum ecliptica in omnibus planetis preterquam in sole apparent. sed in quinq̄ planetis ille intersectiones fixe videnē in luna autem sensibiliter monēter vt ex eclipsibus est manifestū. Jtē auges eccētricoꝝ planetaꝝ in oībus sp eodem modo distant a cētro terre p̄terq̄ in mercurio cui⁹ eccētric⁹ q̄nq̄ magis q̄nq̄ min⁹ eleuat supra cētrū terre. ¶ Ad saluādū igit̄ p̄mā diuersitatē oēs phi ꝛcordant q̄ oportet ponere alios polos p̄ter polos motus p̄mi mobilis ⁊ aliū circulū p̄ter equoctialem p quē fiat motus sphеraꝝ inferioꝝ ab oriente in orientem. nam super eosdem polos ⁊ p eūdem circulū incōpossibiles fuissent eidez corpori motus ab oriente ⁊ motus ad orientē. posita aūt diuersitate poloꝝ ⁊ circuloꝝ illi motus sunt sibi cōpossibiles. ⁊ hoc in sphera materiali quā iohānes de mōte regio docet cōficere clare videri potest. q̄n in eodem instrumento ponit octaua vel nona sphera intra p̄mū mobile. sed axis equoctialis non ponitur in illa sphera sicut cōiter solet fieri in aliis sed ponitur axis zodiaci ⁊ in eo figitur spherula terre cuius axis zodiaci due extremitates adherent pol⁹

Optima questio.

Solutio

Quot diuersitates apparēt in motib⁹ planetarum

Quomō saluant astrologi dictas diuersitates

De prima

Jnstrumentū bonū ad hoc

zodiaci primi mobilis. et circa illos polos et axem reuoluit sphera interior. De axe autem equinoctialis solum ponunt due extremitates que sunt duo circuli parui in polis eq̃noctialis primi mobilis super quos p̃mũ mobile reuoluit. in clauiculo aut australi ponitur manubrium ligneũ instrumẽti. In alli igit sphera materiali apparet q̃ sphera interior sit ab oriente in occidentẽ et ab occidẽte in orientẽ mouet scz sup diuersos polos et axes et per diuersos circulos. et sicut intelligim⁹ de octauo vel nono sphera in illo instrumento posita intra p̃mum mobile sic intelligere poterimus de omnibus spheris planetarũ: in quaz eñ ea ponim⁹ polos eq̃noctialis et polos zodiaci et oẽs circulos sphere materialis vt supra diximus in capitulo scdo

De secunda. ¶ Ad saluandũ aut scdm diuersitatẽ cur scz idẽ planeta citius vnũ signũ q̃ aliud ptranseat: Pictagoras. fuerũt multe opiniones hoim. pictagoras eñ et multi antiquorũ eccẽtricos orbes et epiciclos licet forte nõ tales quales diximus ponebãt in spheris planetarũ. Astrologi vero q̃ fuerunt

Calipus tpe aristotelis scz calipus et odosius et multi alij post ipos putãtes positionẽ eccentricorum

Odosius et epiciclorũ esse impossibilẽ scdm naturã (q: scz vel oporteret dari raritatem/ et densum/ aut rupturam/ aut penetrationẽ dimẽsionũ in celestibus: q̃ ois scdm phiam sunt impossibilia. astrologia autem phice subalternet sibi vera est nichil repugnãs pnciplis naturalib⁹ debet asserere) ideo aliter senserũt circa hoc dicẽtes scz q̃ eadẽ sphera alicuius planete ex pluribus orbibus cõponit oẽs tñ illi sunt vniformis spissitudinis scdm oẽs suas partes et cõcentrici mundo. vnde aristoteles refert q̃ calippus in septẽ spheris planetarũ. ſſ. orbes posuit. odosius vero. 49.

Ptholeme⁹ Post hos aut oẽs supuenit Ptholemeus egiptius q̃ videns horũ positionẽ nõ plene saluare apparentia in motibus planetarũ per orbes illos concẽtricos: videns etiã q̃ positio pictagore si recte inspiciatur nullũ pdictorũ impossibiliũ implicat/ et cũ pauciorib⁹ orbib⁹ oia saluat/ et diuersitates motuũ planetarũ melius et pbabilius per eccentricos orbes et epiciclos q̃ per orbes oino cõcẽtricos saluant: ideo pdictã pictagore positionẽ iterũ approbauit declarauit et pfirmauit. per hoc eñ q̃ ille orbis medius in quo planeta deferẽ est eccẽtricus in parte p̃ propinquior in parte vero a terra remotior: sequitur q̃ stãte eq̃litate signorũ et regularitate motuũ planetarũ idem planeta citius vnũ signũ zodiaci q̃ aliud debet ptransire. ptractis eñ quotidie lineis rectis a cẽtro mũdi vsq̃ ad centrũ solis licet sol in suis sphera in ipibus equalibus equalia spacia ptranseat: tñ ppter inequalẽ eius a centro mundi distanciã inequales fiũt anguli dictarũ linearũ sup centro mũdi. eadem eñ vel equalis basis vt geometre et perspectiui dicũt maiorẽ angulũ de ppe q̃ de longe facit. vnde et ppinquiora maiora vident: q: scz maior est angulus piramidis radiose in oculo s breuiori spacio q̃ a lõgiori. si igitur dicte linee ineq̃les angulos super centro mũdi facientes vsq̃ ad zodiacũ circulũ (qui mũdo cõcentricus ẽ) extendãtur: inequales eius arc⁹ intercipient. eodẽ etiã modo in aliis planetis intelligere oz si pdicte linee a centro mũdi vsq̃ ad centrũ epicicli, ptrabant. Sic igitur pz q̃ admissa pdictorũ orbiũ eccentricorũ positione in planetis necessario concludit illa diuersitas scdm quam apparet in motib⁹ illorũ. sed hos orbes negãtib⁹ difficile est pdictã diuersitatem saluare stantibus suppositionibus predictis. Ad hoc aut vt in spera cuiuslz planete aliquis orbis sit eccẽtricus simpliciter et q̃ nullũ pdictorũ impossibiliũ naturaliter sequatur: necesse est q̃ in predicta sphera sint alij duo orbes ipm ambientes difformis crassitudinis et eccentrici secũdum q̃d orbis vero medius sit vniformis et eccentricus simplr. vnde patet q̃ Auerois pmẽtator voluit in vehere in Ptholemeũ magis q̃ veritatem dicere cum ipse negauerit hos circulos et tñ nullum modum saluãdi apparentia potuit inuenire.

De tercia ¶ Ad saluandũ autem deuiationẽ sex planetarũ a linea ecliptice oportet ponere polos suorũ eccentricorũ orbium aliquantulum distantes in vtrãq̃ partem a polis zodiaci et axes eorũ axem zodiaci secantes in sole autẽ quia

De quarta nõ deuiat ab ecliptica hoc non oportuit ponere. ¶ Ad saluandũ aut directiones et retrogradationes quinq̃ planetarũ et velocitatem et tarditatem lune (que sub eodem signo quilibet vice nõ equaliter durat sed citius vna vice ipm q̃ alia pertransit) oportuit ponere aliquod corpus paruum rotundum in eccentrico orbe quod dicitur epiciclus in quo planeta sub vno signo integram reuolutionem posset facere et modo contra orientem modo contra occidentem moueret et aliquãdo in maiori tempore aliquando in minori idem planeta idem signum pertransiret. sed epiciclis negatis difficile est predictas varietates saluare. Epiciclis etiã eo

modo quo ponuntur orbibus eccentricis immersi nullum impossibile naturaliter implicant
¶ Ad saluandũ autẽ illam notabilem motionẽ intersectionũ vie lune cum eclipticalinea que De quinta
in alis planetis fixe videtur manere: oportuit in sphera lune aliquẽ aliũ orbem a p̃dictis tri
bus ponere ad cuius motũ predicta variatio cõtingat q̃ in alis planetis nõ oportet. ¶ Sed De sexta.
quia aut eccẽtrici mercurij non semper equaliter distat a centro mũdi sed aliqũ propinquior
aliqũ remotior ab eo inuenta est: ideo ad hoc saluandũ preter duos extremos orbes sphere
mercurij oportuit alios duos similiter difformes ⁊ orbem eccentricũ ambientes intra duos
primos collocare. propter quorũ motũ centrũ eccentrici orbis nũc magis nũc minus distet a
centro mũdi: et orbis ipse eccẽtricus magis ⁊ minus eleuetur in sua sphera put nũc ptes la-
ciores duorũ orbiũ secundorũ iungũtur ptib⁹ laciorib⁹ duorũ primorũ nũc vero subtilioribus
vt satis plane demõstrat purbachius in suis theoricis. Multe alie diuersitates preter has in
planetis apparẽt ad quas saluãdas astrologi quedã alia ymaginãtur que nũc causa breuita-
tis õmittim⁹ ⁊ ad theoricas purbachij quas in additionib⁹ hui⁹ quarti capl̃i insequimur uos
remittimus. Sic igit̃ p̃z ex p̃dictis q̃ viri perspicaces ingenio quales fuerunt Ptholemeus
Thebit Alphraganus Alphonsus Purbachius Johãnes de mõte regio ⁊ plerique alij nul-
la facta reuelatione sed solo lumine naturali predicta oia cognouerunt.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi
cameracensis doctorisq̃ celebratissimi questio prima.

QUeritur primo circa quartũ capl̃m vtrũ ad saluandũ apparẽtias in motibus plane-
tarum oporteat ponere eccẽtricos circulos ⁊ epiciclos. Et arguit̃ primo q̃ nõ qz si sic
sequẽt̃ q̃ celi ⁊ mũdi essent diuersa centra p̃ñs tenet qz tales eccẽtrici haberẽt alia cẽ
tra a cẽtro mũdi sed p̃ñs est falsum. et probat̃ falsitas qz si celi ⁊ mũdi essent plura centra seq̃
rẽt̃ q̃ grauia naturalia nõ possent naturaliter moueri p̃ñs est falsuz ⁊ p̃z p̃ña: qz ens naturale
non dicitur moueri naturaliter nisi moueat̃ ad suũ locum naturalẽ tãq̃ ad terminũ ad quem
mõ naturalia grauia haberẽt duo loca naturalia eo q̃ quodlz centrũ essz locus naturalis gra
uiũ g̃ moueretur ad duo loca qõ est impossibile vel ad neutrũ ⁊ sic haberet intentũ. Scõo sic
qz si essent ponẽdi eccẽtrici sequeret q̃ nõ esset terra in medio mũdi. p̃ñs est contra auctorem
probat̃ p̃ña qz terra nõ esset in medio sphere celi igitur. Tercio sic si essent ponẽdi eccẽntrici
sequeret q̃ vel in celo fieret rarefactio vel cõdensacio aut vacuũ aut penetratio dimensionũ
p̃ñs est falsum. primo q̃tum est de rarefactione ⁊ condensatione per Aristotelẽ scõo celi ⁊ de
alis per eũdem quarto phisicorũ. sed p̃z p̃ñs supponẽdo q̃ eccẽtricorũ aliquẽ ptes sunt spis-
siores aliquẽ strictiores. vltra supponit̃ q̃ tales eccẽtrici diuersis motibus mouẽtur. Tunc
arguitur sic qz signata pte spissa alicuius eccẽtrici tũc talis pars aliquãdo peruenit ad locum
vbi est pars stricta ⁊ ecõtra. et tunc queritur quid replebit locum vbi prius erat illa pa spissa
vel ergo remanebit vacuũ ⁊ habetur vnũ de illatis. ⁊ etiam queritur vbi recipietur illa pars
spissa non in illo loco in quo erat pars stricta quia tũc ibidem esset penetratio dimẽsionũ vel
condensacio et habetur totum p̃ñs illatũ. Quarto sic qz si sic seq̃rẽt̃ q̃ planete aliqũ ascende
rẽt ⁊ postea descẽderẽt. p̃ñs est falsum qz tũc eidẽ deberẽtur plures motus simplices scõz na
turam eius propriam. sed probatur p̃ña quia dum planeta mouetur in eccentrico ab auge ad
oppositum augis tunc descenderet qz appropinquaret ad centrũ mũdi. ⁊ dũ ecõtra ascende
ret qz tunc elongaret̃ a centro mũdi. Quinto sic ⁊ specialiter de epiciclis quia luna non habz
epiciclum g̃ non est necesse ⁊ cetera. antecedẽs probatur quia si sic sequeretur q̃ ymago que
apparet in luna aliquãdo deberet apparere euersa. cõsequẽs est falsum ⁊ contra experiẽtiã
sed probatur p̃sequẽtia ⁊ ponatur q̃ illa ymago habeat inõ pedea in opposito augis epicicli
scz versus terram tunc per motum illius epicicli talis pars veniet aliquãdo ad augem epici-
cli et sic essent euersi quod est propositum. Sexto sic quia omnia possunt saluari sine positi-
one huiusmodi eccentricorum et epiciclorum ergo frustra ponerentur consequẽtia est nota.
antecedens patet per Eudoxium ⁊ Calipum qui fuerunt contemporanei Aristotelis quos al-
legat cõmentator duodecimo methaphisice pro sua opinione. Et cõfirmatur auctoritate cõ-
mentatoris in secundo celi vbi ponit in pluribus cõmentis q̃ opinio mathematicorum de ec
centricis et epiciclis est impossibilis. ¶ In oppositum arguitur per auctorem in principio

capituli quarti ⁊ per Ptholemeum in almagesti ⁊ per omnes astrologos. In questione erũt duo articuli in primo declarabũtur termini. in secũdo narrabũtur quedã opiniones ⁊ soluetur questio secundum cõmunes astrologos. ¶ Quantum ad primũ notandum est q̃ astrologi aliquos orbes posuerũt eccentricos et alios concentricos. vnde orbis concẽtricus dicitur orbis sub vtraq̃ eius superficie continens centrum mũdi ⁊ habens eius centrum cum cẽtro mundi. istomodo primum mobile est orbis concentricus ⁊ generaliter quilibet orbis totalis est concentricus. ⁊ ibi capitur orbis totalis pro aggregato ex omnibus orbibus requisitis ad saluandum motum totalem vnius planete. eodẽmodo scz quo ponũtur nouem sphere. Sed orbis eccentricus dicitur orbis sub vtraq̃ eius superficie continens centrum mundi habens tamen centrum suũ extra centrum mundi. Et duplex est talis eccentricus nam. q̃dã est eccẽtricus simpliciter alter vero secũdum quid. vnde orbis eccentricus simpliciter dicitur ille orbis cuius centrum quo ad vtramq̃ superficiem tam concauam q̃ conuexam est extra centrũ mundi. Sed eccentricus secũdum quid dicitur ille orbis qui quantum ad vnam superficiem habet suũ centrum cum centro mundi ⁊ quantũ ad aliam superficiem extra centrum mundi. Et talis est duplex quia quidam est concentricus quantũ ad superficiem concauam ⁊ eccentricus quantum ad conuexã aliq̃ e uerso. ¶ Secõdo notãdum est q̃ eccẽtrici scõm quid scz solũ quantum ad vnam superficiem sunt spissiores in vna parte ⁊ strictiores in alia. et eccentricꝰ simpliciter scz quo ad vtrãq̃ superficiem vz qui inter illos mediat. est regularis spissitudinis et dum isti orbes mouentur semper para stricta vnius est cum parte spissa alterius et ecõtra. Et per hoc solũ ratio cõmentatoris scz de vacuo ⁊ cetera. ¶ Tertio notandũ est q̃ ad cuiuslibet planete motum saluandũ ymaginantur astrologi in totali orbe illiꝰ planete tres orbes eccentricos. quorum duo sunt eccentrici secundũ quid scz quo ad vnam superficiem solum scz vnus superior ⁊ alter inferior. superior est eccentricus quantũ ad vnam superficiem solũ scz concauam. inferior est eccentricus quantum ad conuexam solum: et inter illos duos mediat eccentricus simpliciter qui apud astrologos vocatur orbis deferens eo q̃ defert corpꝰ planete. ¶ Quarto notandũ est q̃ in isto deferente astrologi ymaginantur quatuor pũcta quorũ vnũ vocatur aux et est punctum in illo deferente qõ magis distat a centro mundi scz quod est iuxta partem strictiorem superioris eccentrici. Et aliud punctum vocatur oppositum augis et est illud pũctum quod propinquius est centro mundi scz iuxta partem spissiorem eccentrici superioris. Sed sunt alia duo puncta equaliter distancia ab illis duobus signatis scz ab auge ⁊ oppositis augis et vocantur longitudines medie. Ex isto potest inferri q̃ sol aliquãdo est propinquior terre ⁊ aliquando remotior. scz propinquior dum est in opposito augis ⁊ remotior dum est in auge. ¶ Quinto notãdũ est q̃ epiciclus apud astrologos vocatur quidam parvus circulus in superficie orbis deferentis existens non continens infra se centrum mundi ⁊ corpus planete ymaginatur esse in eo. Et iste epiciclus ponitur esse contiguus eccentrico deferenti ⁊ non continuus quia mouetur alio motu q̃ ad motũ eccentrici deferentis. ¶ Sexto notandũ est q̃ in isto epiciclo ymaginantur quatuor puncta sicut in eccentrico vnuz vocatur aux epicicli. et est punctum in epiciclo magis remotum seu distans a centro mundi. aliud vocatur oppositum augis epicicli scz illud punctum in epiciclo quod minꝰ distat a centro mundi et sunt alia duo puncta equaliter distancia ab illis ⁊ vocantur stationes. ¶ Pro quo notandum est vlterius q̃ in planetis seu in motibꝰ eorum reperitur retrogradatio statio ⁊ directio scz q̃ planeta aliquando est retrogradarius aliquando directꝰ ⁊ aliquando stationariꝰ. vnde planeta dum est in auge sui epicicli dicitur directus. et causa est quia illo tunc velocius mouetur sub orbe signorum scz sub zodiaco propter hoc q̃ mouetur ad motum epicicli et eccẽtrici deferentis simul. Sed dum planeta est in opposito augis sui epicicli est retrogradus ex eo q̃ tunc tardius mouetur sub orbe signorum propter eo q̃ mouetur ad motum epicicli contra motum deferentis. Dum autem planeta est in aliqua stationũ dicitur stationarius eo q̃ tunc medio modo mouetur sub orbe signorum propter hoc q̃ illo tunc ad motum epicicli non mo

Primus articulus

Orbis cõcentricus.

Orbis eccentricus.

De epiciclo.





netur contra motum deferentis nec cum eo ita q̃ non retardatur nec velocitatur ille motus. Et hec de primo articulo. Hec omnia possunt in superius posita figura euidēter ⁊ sufficienter videri sine percipi ab oībus eam intuentibus. ¶ Quantum ad secundum aduertendum est q̃ illud dicitur esse ponendū ad saluandū apparētias in motibus planetarū per quod sine impossibili ⁊ absq̃ hoc q̃ sit contra phiam naturalē ⁊ cōes astrologos possunt saluari oēs apparentie in motibus planetarū. hoc p̃z per Ptholemeum in tertia dictione almagesti. Et ibidem ponit tres modos quib⁹ ymaginabile est tales apparentias posse saluari. Prim⁹ est ponendo planetā habere eccētricū sine epiciclo. Scōs est ponēdo planetā habere epiciclū sine eccētrico. Tertius modus est ponēdo habere vtrūq̃. ¶ Scōo notādū est q̃ fuerunt aliq̃ qui hmōi apparētias voluerūt saluare sine eccētricis ⁊ sine epiciclis scz per incurtationē orbium planetarū istomō q̃ ponebāt orbes planetarū nō moueri ab occidēte in orientē sed solum ab oriente in occidentē motu diurno incurtādo tū sic q̃ in die naturali nō cōpleret vnā diurnam reuolutionē cōpletā sed modicū retardātur ⁊ p hoc saluant quomō planete sunt cōtinue sub alia ⁊ alia pte zodiaci. Sed breuiter hi isti possent saluare aliquas apparētias non tū possent saluare principales ⁊ difficiles ad saluandū sicut sunt maior appropinquatio solis ad centrū mūdi in vno tpe q̃ in alio ⁊ sicut sunt eclipses. ¶ Alij aūt voluerūt oīa saluare per motū terre. vñ ponebāt q̃ terra mouet appropinquādo ad celū ex vna pte terre. Sz istud est simpliciter impossibile qz de duobus planetis versus eandē ptē celi reperitur q̃ vnus magis distat a terra q̃ ante faciebat ⁊ alter est propinquior. etiā in stellis fixis reperiret talis appropinquatio ⁊ elongatio maior in vno tpe q̃ in alio qd tamē nō ponūt astrologi nec aliqui phi. ¶ Item alii sicut cōmentatores negauerūt simpliciter hmōi eccentricos ⁊ epiciclos dicētes ad hoc seq̃ impossibile. sed de mō saluādi apparētias nullum dederūt modū. ¶ Quart⁹ modus saluādi apparentias est per eccentricos ⁊ epiciclos q̃ est magis cōis. Pro cuius declaratione supponuntur aliqua. Primo q̃ celum non est condēpsabile nec rarefactibile p̃z per phm scōo celi. ⁊ ex alio qz celum non est alterabile vt habet primo celi g̃. antecedēs notum est in primo celi. Secūdo supponitur q̃ non est possibilis penetratio dimensionū ⁊c. nec vacuū esse p̃z quarto phicorū. Tertio supponitur q̃ sol non monetur in suo orbe sicut piscis in aqua nec aliqs alter planeta p̃z per phm secūdo celi ⁊c. quia tūc sol diuideret celū sicut piscis diuidit aquā quod est contra phm in fine primi celi. Quarto supponitur q̃ sol in vno tēpore est propinqior terre ⁊ in alio remotior. p̃z quia sol remotior est a terra dum est in fine geminorū ⁊ propinqior dum est in fine sagittarij. hoc etiam p̃z qz stante equali serenitate aeris sol apparet maior in vno tpe q̃ in alio ⁊ cum nō ita sit realiter oportet q̃ hoc sit ꝓpter hoc qd est aliqn propinqior terre ⁊ aliqndo remotior. ¶ Istis notatis ponūtur ꝓclones. Prima est q̃ ad saluandū apparentias in motu solis non est necesse ponere eccentricū sine epiciclo nec est necesse ponere epiciclum sine eccentrico. ꝓclusio p̃z qz per vtrūq̃ illorū possunt apparēcie ⁊ saluari g̃ conclusio vera ꝓna est nota/ans p̃z expresse per Ptholemeū in dictione tercia almagesti vbi ponit q̃ p vtrūq̃ possunt saluari. ¶ Scōa ꝓclusio ad saluandū apparētias in motu solis oportet ponere eccētricū sine epiciclo vel epiciclū sine eccētrico. p̃z ꝓclusio qz sol ꝓpiquior est terre in vno tpe q̃ in alio per vnā suppositionē. et hoc non pōt saluari nisi ponēdo eccētricū vel epiciclū in orbe solis g̃ ꝓclusio vera. maior est vera per suppositionē minor p̃z qz illud nō posset saluari p rarefactionē vel cōdensationē orbis solis p vnā suppositionē: nec ponendo totalē orbem solis appropinqre ad terrā qz tūc fieret vacuū ⁊ penetratio dimēsionū cōtra vnā suppositionem: nec pōt saluari ponēdo solē moueri in suo orbe sicut piscis in aqua p aliā suppositionem ergo necesse est ponere eccentricū vel epiciclū. scōo p̃z ꝓclusio p inequalitatē mot⁹ solis sub zodiaco. vnde ibi reperitur maior inequalitas q̃ esset ex pte obliqtatis zodiaci solum. tercio p̃z conclusio ex parte eclipsis qz nō qñcunq̃ est dyametralis interpositio terre inter solē ⁊ lunā est eclipsis lune ⁊ hoc ꝓuenit ex eo q̃ dū sol nimis distat a terra eius vmbra non potest peruenire vsq̃ ad lunam. Sed dubiū est per quid melius possunt saluari apparencie in motu solis vel per eccētricū vel per epiciclum. Ad quod respōdetur q̃ ꝓueniēti⁹ est ponere solē habere eccētricū sine epiciclo. cā est qz si sol haberet epiciclū oppteret q̃ sol qñq̃ esset retrograd⁹ qñq̃ directus qñq̃ stacionarius qd nō ponit ab astrologis. ¶ Tercia ꝓclo est ad saluandum

Secundus articulus

Ptholemeus

Prima opio

Reprobatio.

Scōa opinio. Reprobatio

Tercia opio cōmentatoris

Quarta opio

Prima cōclo

Scōa conclo.

Tercia ꝓclo

apparētias ī motū lune necesse est ponere lunā habere eccētricū ⁊ epicicliū p3 ꝛcl'o primo de epiciclo q; luna q̄nq; est retrograda ⁊ q̄nq; directa q̄nq; stacionaria/ mō ista nō pūt saluari p eccētricū q; rōe eccētrici nulla est retrogradatio. sz p3 de eccētrico q; lū a q̄nq; est ,ppīq̄or ēre ip sa exñte in opposito augis epicicli q̄nq; remotior ⁊ ideo p epiciclū solū nō posset saluari illa apparētia. vñ dū luna est in opposito augis epicicli ⁊ in opposito augis eccētrici tūc est ,ppinquior terre q̄ possit esse ⁊ dū est in auge epicicli ⁊ eccētrici tūc est remotior a terra q̄ possit esse. Itē ꝛcl'o p3 q; luna q̄nq; deuiat ab ecliptica. et hoc est ,ppter eccētricū ⁊ epiciclū simi'. ⁊ sicut dictū est de luna ita dicēdum est de aliis q̄nq; planetis erraticis. Et hec de articulo scōo

Ad rationes questionis

¶ Ad rationes. Ad primā dicit q̄ negat ꝛñia q; illud vocat solū cētrū mūdi q̄ō est cētrū totalis orbis ⁊ ad ipm habēt inclinationē grauia naturaliter. Ad scōam negat ꝛñia. ad ,pbationē dicit q̄ est in medio orbis solis totalis sed bene ꝛcedit q̄ nō est in medio orbis deferentis nec stud requirit. Ad tertiā negat ꝛñia. vnde illa rō supponit vnū falsum sz q̄ tales eccētrici nō mouētur vniformiter sic q̄ dū ps spissa vni⁹ mouet versus vnā ptem pa alteri⁹ eccentrici mouet ecōtra. Ad quartā dc q̄ ꝛñia nō valz q; nō quodlibz ad terrā appropiquare est descēdere nisi sit in sphera gñabiliū et corruptibiliū nec quodlz elōgare sed econtra ꝛc. Ad q̄ntā negat añs. ad ,pbationē dicit q̄ ꝛñia nō vz vnde luna ad hoc ponit moueri vno motu in suo epiciclo per quem saluatur illa difficultas. Ad sextā negat antecedēs. ad ,pbationē dicitur q̄ nō sunt tenendi nec cōmentatores etiam. Et hec de questio.

¶ Secunda pars de propriis motibus tam planetarum q̄ octaue sphere ac etiam none.

Motus primi mobilis

Motus none sphere

Mot⁹ octaue

Primū correlarium

Scōm correlarium

Mouentur aūt oēs sphere inferiores (vt sepe dictū est) primo quidē ab orīte per meridiē in occidētem super polis equinoctialis circuli a primo mobili circūducte qui mot⁹ diurn⁹ est. Deinde vero ab occidēte p meridiē in orīte sup polis zodiaci nona sphera (que scōm mobile dicitur) secū octauā sphera ⁊ oēs orbes deferētes auges eccētricorū planetarū preter q̄ lune rapiens in .49000. ānis vna reuolutione cōpleta mouetur. percurritq; in quibuslibz ducētis ānis gradū vnū ⁊ fere .28. minuta zodiaci primi mobilis. ⁊ hic mot⁹ augiū ⁊ stellarū fixarum in tabulis noiatur. Sed octaua sphera preter hos duos motus aliū habet sibi ,ppriū. et fit super principia arietis ⁊ libre zodiaci none sphere in quibusdā paruis circulis p motū ⁊ reuolutionē capitum arietis ⁊ libre none descriptis. ita vt in quibuslibet .7000. annis quilibet dictorū pūctorū octaue sphere sui circuli peripheriā describat. et in quibuslibet fere 20. annis gradū vnū eiusdē circuli ptrāseat. Hoc etiā motu oēs orbes deferētes auges eccentricorū planetarū pter q̄ lune rapiūtur. ⁊ hic motus trepidationis vel accessus ⁊ recessus octaue spe in tabulis dicit. Cū igit totalis mot⁹ octaue spe triplicē motū ptialē cōplectat: p3 q̄ stelle fixe q̄nq; directe q̄nq; retrograde q̄nq; stacionarie nūc q̄dē veloces nūc autē tarde apparebūt sub zodiaco primi mobilis. Atq; ,ppter deuiationē capitū arietis et libre octaue sphere a principiis arietis ⁊ libre none in suis paruis circulis eqnoctia similiter ⁊ solsticia variari cōtinget. ita vt nūc in principiis arietis ⁊ libre cancri ⁊ capri eo mi primi mobilis/ nūc ante/ nūc post sole exñte accidant.

¶ Secunda pars principalis de motib⁹ propriis nouem inferiorum sphararum. habet quatuor particulas. prima est de motibus none et octaue sphere. Secunda de motibus propriis septem planetarum ibi. sphere ve. o. Tercia de ymaginatiōe quorūdam circulorum in sphe ris planetarum ibi. ymaginamur tamen. Quarta est de diuersis planetarum ,ppietatibus et passionibus ibi. accidunt autem. Prima particula iterum diuiditur quia primo dicit de mo

tu cōi omnibus ſpheris inferioribus. ſecūdo de motu ꝓprio none ſphere ibi. Deinde. tercio de motu ꝓprio octaue ibi. Sz octaua. cōia motus oīm ſpherarū z orbiū inferiorū eſt motus primi mobilis qui dr̄ mot⁹ diurn⁹ qz vt ſupra dictū eſt primū mobile oca alias ſpheras ſecū impetu ſuo rapit z fit motus iſte ſup polos eqnoctialis circuli ab oriēte p meridiē in occidentez a quo iterū p angulū medie noctis fit recurſus in oriētē z hoc in ſpacio diei naturalis ſcilz in .24. horis z hoc ſepi⁹ dictū eſt. ¶ Tex. Deiñ vero. dicit de motu ꝓpio none ſphere q̄ fit ab occidēte p meridiē in oriēte a quo p angulū medie noctis reuertit in occidentē z fit iſte mot⁹ ſup polos zodiaci p lineā ecliptica regulariſſime ita vt in qbuſlz ducētis ānis principiū arietis zodiaci none ſphere gradū vnum z.28. minuta fere de zodiaco primi mobilis ptrāſeat atq; hoc modo reſolutio integra in. 49000. ānis cōpleta eſſet. Hoc aūt motu rapit ſil octaua ſphera et orbes deferētes auge o eccētricorum planetarū p terq; orbes ſphere lune z duo ſcōi orbes ſphere mercurii qm̄ illi vt infra apparebit aliū motū habēt. Iſte aut mot⁹ ꝓpius none ſphere in tabulis Alphōſi mot⁹ augiū z ſtellarū fixarū noīatur. quō aūt iſte mot⁹ z etiā motus ꝓpius octaue ſpe cogniti ſūt ab aſtrologis ſupra i capitulo primo habūde dictū ē. ¶ Tex. Sz octaua Dicit de ꝓpio motu octaue ſphere. z primo oſtēdit q̄liter fiat ſcdo inſert q̄dam correlaria ibi. Cū igit̄. mot⁹ igitur ꝓpius octaue ſphere nō fit ſup polos zodiaci aut eqnoctialis nec directe ad oriēte vel ad occidētē: ſed fit hoc mō qz principia arietis z libre zodiaci octaue ſphere circū voluunt̄ circa principia arietis z libre zodiaci none duos paruos circulos deſcribēdo quorū centra ſunt principia arietis z libre none ſphere. q̄z in dictorū pūctorū octaue ſphere circūferentiā ſui pui circuli in. 7000. ānis rēliter pficit. z in qbuſlz fere, 20. ānis vnū gradum talis circūferētie ptrāſit. hoc etiā motu rapiūtur oēs orbes deferētes auges eccētricorū planetarū z hic motus i tabulis Alphōſi mot⁹ acceſſus et receſſus vel motus trepidatiōis octaue ſphere noīatur. Cōm phūc motū ptingit vt ecliptica zodiaci octaue ſphere non ſp ſit ſub ecliptica zodiaci none ſic ecliptica none ſp eſt ſub ecliptica primi mobilis. qz qn̄ capita arietis z libre mouent̄ in ſuis puis circulis verſus ſeptētrionē vel verſus auſtrū a capitib⁹ arietis z libre none ſphere recedēcia: tūc ecliptica octaue ſphere interſecabit ecliptica none ſub capitibus cācri z capricorni none ſphere. qn̄ aūt capita arietis z libre octaue ſphere fuerint in ꝓtactib⁹ paruorū circulorū cū ecliptica none ſphere: tūc ecliptica octaue ſtabit directe ſub ecliptica none nuſq; ab ea declinās. Ad hunc aūt motū plane capiendū oz ſpherā materiale pficere qualez docuit iohānes de mōte regio in qua ſcz octaua ſphera ꝓtineat̄ intra nonā taliter q̄ ei adhereat nō p aliquā axem ſed in pacipus arietis z libre vbi ſunt duo parui circuli in quorū cētris capita arietis z libre none ſphere fixa ſunt in circūferētiis vero capita arietis z libre octaue que taliter circūuoluūtur vt cū caput arietis fuerit in medietate ſui pui circuli ſeptētrionali ab ecliptica none: caput libre ſit ꝓportionaliter motū i mediate ſui pui circuli auſtrali z ecōtra Poli aūt zodiaci octaue ſphere mobiles relinquūtur ita q̄ nō adhere aut per aliquē axē pol' zodiaci none. ¶ Tex. Cum igit̄. Inſert duo correlaria ad maiorē hui⁹ mot⁹ expſſionē. primuz q̄ ꝓpter dictā motuū pluralitatē i octaua ſphera. ſequit̄ q̄ motus ei⁹ ſub zodiaco primi mobil' nō ſp ad eadē ptez vniūſi appeat. ſz ſtelle fixe mō directe/mō retrograde/modo etiam ſtationarie videant̄. nūc q̄dē tarde verſus oriētez auto occidentē/nūc aūt veloces in motu ſuo. Sicut enim in planetis totalis mot⁹ planete ex motu orbis eccētrici z ex motu epicicli collectus planetā directū/retrogradū/z ſtationariū/velocē/z tardū in motu ſuo facit (q̄uis mot⁹ eccētrici ſp ad eandē ptē z eandē velocitate fiat ſil̄r z mot⁹ epicicli vt videbit) ſic etiā mot⁹ none ſphere cū ꝓprio motu octaue ſtellas fixas qnq; ad oriētē qnq; ad occidētem qnq; aūt neutro mō. i. ſtationarias qnq; veloces qnq; tardas in motu ſuo facit apparere q̄uis q̄z nūlo ꝓprio motuū p ſe ſēp ad eandē ptē z ſimili velocitate fiat. ¶ Tex. Atq; propter. Ponit ſcdm correlarium q̄ ſcz propter dictas circuitiones capitum arietis z libre octaue ſphere in ſuis paruis circul' contingit q̄ equinoctia et ſolſticia varientur. ita vt non ſemper cum ſol fuerit in principiis arietis et libre primi mobilis ſint equinoctia. nec in principiis cancri et capricorni primi mobilis ſint ſolſticia. ſed quandoq; ante quandoq; poſt quandoq; vero in eiſdē. eo q̄ propter deuiationes ecliptice octaue ſphere ab eclipsica none et primi mobilis: nō ſemp tangit ecliptica octaue ſphere eqnoctialē primi mobilis in principijs arietis z libre primi mobilis; ſed q̄nq; ante

Correlariū

Inſtrumentū bonū ad hoc

qñq; post. similiter ꝓpter easdem deuiationes nõ semp pars ecliptice octaue sphere que est sub ꝑncipio cancri vel capricorni ꝑimi mobilis maxime distat ab equinoctiali eiusdem ꝑmi mobilis sed qñq; aliqua pars ꝑcedens qñq; vero aliqua subsequẽs. vnde cũ sol sp moueatur sub ecliptica octaue sphere vt dictũ est et adhuc magis videbitur sequtur q̃ non semp qñ sol fuerit sub ꝑdictis quatuor punctis zodiaci ꝑimi mobilis ꝓtingent equinoctia aut solsticia sed qñq; ante qñq; post. Ex hiis igitur duobus correlariis apparet que fuerit causa tante diuersitatis inter astrologos circa motũ octaue sphere. cuz esset vt dictũ est mot⁹ totalis octaue sphere in zodiaco ꝑimi mobilis sit irregularis (licet vterq; partialiũ sit regularis) pz q̃ tpe quorũdam astrologorũ stelle fixe erãt directe ꝛ veloces cursu. ꝛ ideo tales dixerũt q̃ stelle fixe mouebantur versus orientem semp in. 66. annis gradu vno. sed tempore aliorũ astrologorũ stelle fixe erant directe ꝛ tarde in motu suo ꝛ sic illi dixerũt q̃ mouebãtur stelle semper versus orientẽ in centum annis gradu vno. tempore aũt aliorũ stelle fixe erant retrograde ꝛ illi putauerunt q̃ ꝑpetuus motus stellarũ fixarũ esset contra occidentẽ. Si aũt iste triplex motus octaue sphere negaretur difficile esset hanc diuersitatem assignare rõem. sic igitur pz cũ hec oia per naturam sint possibilia q̃ probabilius est ꝛ ad saluãdũ apparentia aptius ponere triplicẽ motum octaue sphere et ex consequenti decem spheras mobiles vt moderni subtiliter ymaginati sunt q̃ ponere solas nouem sphieras mobiles et duplicem tantum motum octaue sphere vt antiqui astrologi putabant

Correlarium

Mot⁹ orbium eccẽtricorum planetarum.

Sphere vero septẽ planetarũ q̃tum ad orbes eccẽtricos aut deferentes planetarũ omnes ab occidente in orientẽ sup axes ꝛ polos suos ꝑpetuis motibus in diuersis spaciis temporum zodiacum ꝑimi mobilis percurrunt. saturnus quidem in. 30. annis fere. iupiter in. 12. mars in duobus. sol venus ꝛ mercurius in. 365. diebus ꝛ fere sex horis preter rem modicam que nullius est sensibilitatis. luna in. 27. diebus et octo horis. Sed axis orbis eccentrici solis axi ecliptice equidistat ꝛ motus eius super ꝑpetuo centro regularis est. axes vero eccentricorũ aliorũ sex planetarũ axem zodiaci extra centrum mũdi intersecant ꝛ poli illorũ a polis zodiaci inequaliter distant. motusq; horum orbium super ꝑpetuo centro irregularis est. Sed epiciclus cuiusliz planete intra suam cõcauitatem corpus stelle circulariter deferendo mouet. veruntamẽ in luna ab oriente versus occidentẽ pars superior epicicli in aliis aũt quinq; versus orientẽ reuoluit. pars aũt inferior ad partem oppositã. Orbes aũt deferẽtes auges eccentricorũ planetarũ motibus none ꝛ octaue sphere vt dictũ est rapiuntur. Orbes tamen augeim eccẽtrici lune deferentes sup polis suis a polis zodiaci in vtrãq; partem gradibus quinq; se motis ab oriente in occidentem omni die naturali gradibus vndecim ꝛ minutis duodeci fere mouet. Similiter ꝛ orbis quartus concẽtricus sphere ipsius super polis zodiaci ab oriẽte in occidentẽ quolibet die naturali tribus minutis fere caput ꝛ caudã draconis lune deferens mouet. Orbes aũt deferentes augem eccentrici mercurii super polos zodiaci ab oriente in occidentem quoliz die naturali quadragita nouem minutis et octo secundis regulariter mouentur.

Cõparatio eccẽtricorũ

Motus epicliorũ plãetarũ

Mot⁹ orbium auges deferẽcium

¶ Secunda particula de ꝑpetuis motibus septem planetarũ. ꝛ primo q̃tum ad orbes eccentricos. secõ q̃tum ad epiciclos ibi. Sed epiciclus. tercio q̃tũ ad orbes deferẽtes auges eccẽtricorũ ibi. Orbes aũt. q̃tum ad orbes eccentricos duo facit ꝑmo ostẽdit in quo quentũt oẽs orbes eccẽtrici planetarũ secõ id in quo dicũt ibi. Sz axis. quentũt igit oẽs orbes eccẽtrici oiz septẽ planetarũ ĩ hoc q̃ mot⁹ ꝑpetuus cuiusliz eorũ fit sup ꝑpetuo cẽtro axe atq; polis ab occidẽte per meridiẽ in orientẽ a quo per angulũ medie noctis reuertitur in occidentem. veruntamen non omnes illi orbes reuolutionem vnã in equali tpe ꝑficiunt sed in diuersis spaciis tẽporum

Capitulum quartum

apparētē. hoc est distātia inter duo pūcta celi que sunt extremitates duarū linearū scz linee vi motua planete ⁊ linee visualis p cētrū planete aut stelle ptracte. ⁊ tanta est dsa inter aspectum verū ⁊ visibilē ꝗta fuerit predicta distancia. ¶ Textus. Hec sūt. Ponit diuisionē diuersitatis aspectus ⁊ mēbra declarat. est eñ duplex diuersitas aspectus quedā in longitudine altera in latitudine. Diuersitas aspectus in longitudine est qñ linea visibilis terminatur ppinquius aut orētī aut occidētī ꝗ linea veri motuo vel cū planetā ppinquiorē orētī aut occidētī ꝗ sit iudicamus. ⁊ hec diuersitas cōputatur in linea ecliptica vel alio circulo sibi paralello p locum visus stelle transeūte. si eñ ptrahant duo circuli magni ab vno polo zodiaci vsq ad alterum quorū vnus p locū verū alter p locum stelle visum pcedat: arcuo linee ecliptice vel circuli sibi paralelli inter eos interceptus dicit diuersitas aspectus in longitudine. Diuersitas aspectus in latitudine est qñ stellā remotiorē aut ppinquiorē ecliptice quā sit iudicamus, vel qñ linea visualis ppinqui⁹ aut remotiuo ab ecliptica ꝗ linea veri mot⁹ terminat. ⁊ hec diuersitas cōputat in circulo magno ab vno polo zodiaci vsq ad alterū p locum visum stelle transeunte. arcus eñ ci⁹ inter duoa circuloa paralellos ecliptice (quorū vn⁹ p locū verū alt⁹ p locū visum stelle pcedit) interceptus dicit diuersitas aspect⁹ in latitudine. ¶ Notandū ꝗ diuersitas aspectus in longitudine bene causat ꝗ nō in eodē instāti fiat aspect⁹ verus cū visibili: sed diuersitas aspect⁹ in latitudine hoc nō facit ideo notāter dixit text⁹ supra ꝗ qñ cōiūctio fit in angulo meridiei nulla est diuersitas aspectus in longitudine inter coniūctionem veram et visibilem non autē negauit quin posset esse diuersitas aspectus in latitudine. ¶ Textus. Quā to quidem. Dicit de diuersitate aspectus in speciali ⁊ comparatiue ⁊ primo faciendo comparationem inter quoslibet planetas. secūdo specialiter ⁊ pticulariter inter solem ⁊ lunam ibi. diuersitas. dictum eñ est quomodo cōtingant diuersitates aspectuū tam in longitudine ꝗ in latitudine nunc autē sciendū ꝗ vtraq; istarū diuersitatum qñq; maior qñq; minor in eodē vel in diuersis planetis reperitur. quanto eñ aliqui planets est inferior alio tāto maiorē diuersitatem aspectus ⁊ in longitudine ⁊ in latitudine facit ꝗ planeta superior ⁊ a centro mūdi remotior. vnde diuersitas aspectus in luna maxima est sed in tribus planetis superioribus iam non bene perceptibilis. Et item ꝗto idem planeta fuerit propinquior horizonti tanto maiorem diuersitatem aspectus habet ꝗ si circa medium celi esset in eodem die ⁊ sic luna maiorez diuersitatem aspectus habet circa ortum aut occasum existens ꝗ circa medium celi similiter et sol maiorem mane ⁊ vesperi ꝗ in meridie ¶ Textus. Diuersitas. Comparat diuersitatem aspectuo lune ad diuersitatem aspectuo solis quia hoc maxime notatur in eclipsibus solis de quibus immediate sumus acturi. Dictum eñ erat ꝗ planeta inferior habet maiorem diuersitatem aspectus ꝗ superior sic igitur excessus diuersitatis aspectus lune super diuersitatē aspectuo solis dicitur ab astrologis diuersitas aspectus lune ad solem.

¶ Tertia pars de eclipsibus luminariū et aliorum planetarum.

Ex hiis igitur eclipses planetarum facile cognoscē tur. Ubi notandum ꝗ cum sol sit maior tota terra: necesse est ꝗ medietas terre ad min⁹ semper a sole illuminetur. ⁊ vmbra terre in aere piramidaliter extensa minuatur cōtinue in rotunditate, donec deficiat. dyameter autez vmbre semper est in superficie ecliptice circuli signorū. et conus vmbre inseparabilis est a nadir solis. qui est pūctus celi directe oppositus loco solis. Unde cū in plenilunio luna fuerit in capite vel i cauda draconis sub nadir solis: tūc terra diametraliter iterponet soli ⁊ lune, ⁊ con⁹ vmbre terre cadet sup corpus lune. et sic cū luna lumē non habeat nisi a sole: in rei

Quotuplex ē

veritate eclipsabitur / ⁊ deficiet a lumine. Est aūt duplex eclipsis lune altera totalis: scz cum luna fuerit in capite vel cauda draconis directe. altera vero partialis cum scz luna fuerit prope caput vel caudam: infra tamen metas de terminatas eclipsi. Unde cuz in qualibet oppositione seu plenilunio non sit luna in capite vel in cauda draconis aut prope / nec supposita nadir solis: nō est necesse in qualibet oppositione lunā pati eclipsim. Cum autē fuerit luna in capite vel in cauda draconis vel prope scz infra metas supra dictas / ⁊ in cōiunctione cū sole: tūc corpus lune interponetur inter aspectū nostrū ⁊ corpus solare. vnde obūbrabit nobis claritatē solis: ⁊ ita sol patietur eclipsim. nō q̄ deficiat luce: sz deficit nobis ꝓpter interpositionē lune aspectui nostro ⁊ soli. Est ēt duplex eclipsis solis: totalis scz ⁊ partialis vt de eclipsi lune dictū est. Et partialis qsiq̄ est septētrionalis et apparet maior in regionibus septentrionalibus q̄ in australibus / tātoq̄ maior quāto regio fuerit septētrionalior. Qsiq̄ vero est eclipsis meridionalis: ⁊ hec apparet maior australibus q̄ septētrionalibus / tātoq̄ maior ē q̄to regio fuerit australior. Ex hiis pz quare nō in oi cōiūctione aut nouilunio est eclipsis solis. Notandum autem q̄ quando est eclipsis lune est eclipsis generalis in omni terra: sed quando est eclipsis solis nequaq̄. imo in vna regione est eclipsis in alia non. quod contingit propter diuersitatez aspectus in diuersis climatibus. Item eclipsis solis incipit a parte occidentali corporis solis: sed eclipsis lune a parte orientali sui corporis. Virgilius autem elegātissime naturas vtriusq̄ eclipsis sub compendio tetigit dicens.

Correlarium.

Quomō fit eclipsis solis.



Correlarium.

Cōpatio vtriusq̄ eclipsis

Virgilius.

Deffectus lune varios solisq̄ labores.

¶ Hec est tercia ⁊ vltima pars principalis de causis eclipsiū solis lune ⁊ alioꝝ planetarum. habet tres pticulas. ꝑma est de eclipsib⁹ luminariū. secūda que incipit ibi. et notādū q̄ null⁹. est de eclipsibus alioꝝ q̄nq̄ planetaꝝ. tercia que incipit ibi. ex ꝑdictis pz. dirigit totū opus hoc ⁊ specialiter hāc tercia ptē hui⁹ capl'i in honorē ⁊ laudē dei. Prima pticula diuidit in duas ptes ꝑma est de causis eclipsiū solis ⁊ lune. scōa que incipit ibi. digiti ecliptici. est quorundam terminoꝝ de q̄titate ⁊ duratiōe eclipsiū expositiua. Prima pars etiā diuidit in tres. qz primo dat causas eclipsis lune. scōo cās eclipsis solis ibi. cū aūt fuerit. tertio cōparat vtrāq̄ eclipsiz ad inuicē penes dfam ibi. notādū aūt. Quātū ad eclipsiz lune duo facit ꝑmo ꝑmittit quoddā notabile de vmbra tre. scōo dat cās eclipsis lune. ibi vñ cuz. Pro noticia igit eclipsis lune notādū est ⁊ supponēdū ex ꝓspectiua q̄ oē corp⁹ opacū in pūtia corpis luīosi vmbrā ꝓicit. terra g̃ in pūtia solis ꝓtinue exīs ꝓ medietate sole semp illuīat. ex alia vo pte vmbram facit. vmbra aūt tre directe porrigit ad oppositā ptem cōtra nadir solis ⁊ est figure pyramidalis que ꝓtinuo minuitur ad acutiem ⁊ angulū. Extēditur tamen sic vmbra terre vt dyameter eius que est linea centralis semper sit in supficie ymaginaria ecliptice zodiaci octaue spere. ¶ Notandum q̄ secundum perspectiuos vmbra corporis opaci semper extenditur directe in oppositam partem corpori luminoso. vmbra igitur terre que est in centro mundi semper dirigitur seu extenditur ad nadir solis qui est punctus oppositus soli in celo. et cum centrum solis semper moueatur in superficie linee ecliptice octaue sphere vt dictum est necesse est q̄ dyameter vmbre terre per eandē superficiem ad ptem oppositam dirigatur ⁊ conus vmbre tāgat precise nadir solis in celo. vmbra aūt terre scōz astrologos ptingit fere vsq̄ ad quexum

Capitulum quartum

celi mercurij. Sed circa hoc aduertēdū est q̄ triplex pōt esse vmbra alicui⁹ corporis scz pyramidalis colūpnaris ⁊ obtusa. qñ eñ corpus luiosuz est maius corpore opaco illuiat plusq̄ ei⁹ medietatem cōtra se positā ⁊ fit vmbra pyramidalis cōtinue minorata ⁊ tendēs ad acuriem. quādo autē corpus luminosum est equale corpori opaco illuminat precise eius medietatem ⁊ fit vmbra columpnaris eque latitudinis in principio medio ⁊ fine. sed qñ corpus luminosum est minus corpore opaco tunc illuminat minus medietate eius ⁊ fit vmbra obtusa que scz continue dilatatur. Dictū est aūt supra q̄ sol est maior terra centies sexagesies sexies vmbra igit terre pyramidalis rotūda erit ⁊ cōtinue minorabitur donec tandē deficiet. ¶ Text⁹. Unde cum. Assignat causas eclipsis lune et primo dat modū ⁊ diffinitionē eclipsis. scōo ei⁹ diuisionē ibi. est aūt duplex. tertio infert vnū correlariū ibi. vñ cū. luna igit sic eclipsat si eñ tpe pleni lunij quando scz sol ⁊ luna sunt in oppositōe: luna reperiatur in capite vel in cauda draconis hoc est in superficie ecliptice ⁊ in nadir solis. tunc terra dyametraliter interponet soli ⁊ lune ita q̄ eadē dyameter sphere tāgeret tria centra solis terre ⁊ lune. et tūc vmbra terre cadet super corp⁹ lune ⁊ (cum luna ex se nullū lumen habeat nisi inquantū illuminatur a sole quia vt Aristoteles dicit ⁊ experientia pz luna nūq̄ lucet nisi versus solem) tunc perdet lumen suū ⁊ patietur eclipsiz. eclipsis eñ grece defectus est latine. ¶ Notādū q̄ in oī mēse luna est semel in coniūctione ⁊ semel in oppositione cū sole scōm longitudinē zodiaci cōputando: nō tamen quolibet mēse sunt sol ⁊ luna in coniūctione aut oppositione scōm latitudinē. qz licet sol semper sit sub linea ecliptica luna tñ nō in oī cōiūctione vel oppositione est sub ecliptica sed sepi⁹ deuiat ad latera zodiaci ⁊ tunc vmbra terre non tangit lunā propter eius latitudinem. due igitur cause concurrūt ad eclipsim lune que in textu tāgūtur prima est q̄ luna sit in aspectu oppositionis ad solem. secūda est q̄ tunc sit luna directe sub ecliptica aut valde prope quod non fit nisi ipsa existente in capite vel in cauda draconis aut prope ¶ Textus. Et est duplex. Ponit diuisionem eclipsis lune. est eñ duplex vna totalis alia partialis. totalis eclipsis lune est quando totum corpus eius obscuratur ⁊ lucet priuatur ⁊ tūc luna est fere precise in capite vel in cauda draconis sub ecliptica ⁊ dyametraliter opposita soli. eclipsis lune partialis est quando non totum corpus lune sed pars eius eclipsatur et hoc contingit quando tempore oppositionis luna non est precise in capite vel in cauda draconis sub ecliptica sed prope tamen infra metas aut terminos eclipsis qui sunt duodecim gradus ante ⁊ post caput vel caudam draconis secundum longitudinem. ¶ Notandum q̄ siue magna siue parua corporis lune pars siue etiam totum corpus eclipsetur est eclipsis generalis in omni terra quia vndecūq̄ luna tūc aspiciatur videbitur sub vmbra terre ⁊ carere luce solis. ideo inconuenienter dicebatur in textu auctoris q̄ aliquādo est eclipsis lune generalis aliquādo particularis. sed potius sicut adiecimus dicendum erat totalis ⁊ partialis. ⁊ hoc idem visus est corrigere auctor infra cum ponit differētiam eclipsis lune ad eclipsim solis. ¶ Textus. Unde cum. Infert correlariū cuiusdā tacite dubitationis solutiuū. dubitaret eñ aliquis si eclipsis lune fit in oppositiōe luminariū cū in quolibet mēse sit oppositio talis quare nō in quolibet mēse est eclipsis lune. Respondet q̄ licet in oī mēse luna sit soli opposita nō tñ in omi oppositione luna est in capite vel in cauda draconis qō requirit ad eclipsiz. vnde nō in quolibet mēse accidit eclipsis lune sed solum qñ predicte duc cause concurrūt. duabus eñ existētibus causis partialibus alicuius effectus si vna deficiat altera se sola nō pducet effectum: vnde dubitatio predicta est similis isti quare si duo boues trahunt lapidem vnus corr solus cum vult nō trahit ipm. ¶ Text⁹. Cū aūt fuerit Assignat causas eclipsis solis ⁊ primo dat modū seu descriptionē eclipsis. scōo diuisionē ibi. ē etiā. tertio infert correlariū ibi. ex hiis patet. Eclipsis solis hoc mō cōtingit. qñ eñ fuerit luna in cōiūctione cum sole si tūc reperiat in capite vel in cauda draconis sub ecliptica aut ppe scz infra terminos eclipsis tunc luna interponetur soli ⁊ nobis. et cum luna sit corpus densū aut opacum proiciet vmbram versus nos ⁊ obumbrabit nobis claritatem solis ⁊ ita sol eclipsabitur. non quidem qz deficiat lumine sicut nomen eclipsis sonat sed qz nobis deficit ei⁹ claritas propter lune interpositionem. Due igitur cause partiales concurrunt ad eclipsim solis sicut ad eclipsim lune quarū vna deficiēte impossibile est secūdum naturam solem eclipsari prima est coniunctio solis et lune in eodem loco zodiaci. secunda est suus lune sub ecliptica in

Triplices fit vmbra.

Due cause cō currunt ad eclipsiz lune

Termini eclipsis.

capite sez vel in cauda draconis aut ppe. vñ in eclipsi sol z luna taliter se habēt q̃ in esdē dy
metro zodiaci cōtinetur cētrū vtriusq̃. ¶ Notādū q̃ cū luna sit corp⁹ dēsum z opacū in pte
scutia solis vmbrā proiicit. z qz ipsa est minor sde ideo semp ad minus medietas eius illumi-
natur a sole. vmbra aūt lune ex alia parte velut piramis rotunda efficitur continue tendens
ad acutiem sic igitur luna soli z nobis interposita vmbram suaz ad nos proiicit z claritatem
solis nobis obumbrat. ¶ Textus. Est etiā. Ponit diuisionē eclipsis solis z primo facit hoc.
scōo subdiuidit vnū membrū diuisionis ibi. z partialis. diuisio hec est q̃ duplex est eclipsis so
lis sez totalis z partialis sicut etiā de eclipsi lune dictum est. eclipsis solis totalis est quando
totum corpus solare nobis obumbratur. et hoc cōtingit quando luna in coniūctione solis fue
rit in capite vel in cauda draconis precise sub ecliptica. Partialis vero eclipsis est quādo so-
lum aliqua pars solis nobis obumbratur z hoc cōtingit quādo tēpore coniūctionis luna aliq̃
tulum distat a capite vel cauda draconis tamē infra terminos eclipsis supra dictos. ¶ Text⁹
Et partialis. Ponit subdiuisionē secūdi mēbri cui⁹ etiam ptes declarat. Eclipsis ergo solis
partialis duplex est quedā septētrionalis alia vero meridionalis. Septētrionalis eclipsis est
quādo ps solis que est versus polum septentrionalē eclipsatur. z hec apparet maior in regio
nibus septētrionalibus q̃ in australibus z tāto maior apparet quāto regio fuerit septentrio-
nalior tātoq̃ minor q̃ to australior. Meridion alis eclipsis est quādo ps solis que est versus po
lum meridianū eclipsatur z hec maior apparet in regionibus australibus q̃ in septētrionali-
bus et tāto maior q̃ to regio fuerit australior tātoq̃ minor q̃ to septētrionalior. Similis etiaz
diuisio dari potuisset de eclipsi partiali lune verūtamē illa nō maior in vna q̃ in alia regione
apparet siue septētrionalis fuerit siue meridionalis cuius cām supra retigimus. ¶ Notādū
q̃ regio aliqua in proposito non dicit australis ex eo q̃ sit inter equinoctialem z polum austra
lem. sed ad sensum Ptholemei in p̄ma pte quadripartiti vbi oēs regiones inter equinoctialē
et medīū quarti climatis vocat australes. ceteras vero ab illo loco vsq̃ ad finē habitationis
versus polum arcticū vocat septētrionales. ¶ Text⁹. Ex hiis pz. Infert correlariū ctiā du-
bitatōis solutiuū quare sez cū in oi mense sit luminariū cōiūctio nō quolibet mēse est eclipsis
solis. z respōdet vt prius q̃ cū due cause partiales reqrant ad eclipsiz solis qualibet earū de
ficiēte nō fit eclipsis naturaliter nūc aūt in plurib⁹ coniūctionibus luna nō est in capite vel in
cauda draconis sub ecliptica sed raro z ideo raro accidūt eclipses solis. ¶ Text⁹. Notanduz
aūt. Comparat eclipsim solis ad eclipsim lune penes duas dras primo est q̃ eclipsis lune siue
totalis siue partialis fuerit est generalis in oi terro qz oibus simul luna apparet eclipsata. si
enim aliquod corpus vel in toto vel in parte obscurum aut denigratū fuerit vndecūq̃ aspiciat
semper tale videbitur. Sed eclipsis solis non sic est generalis nec omnib⁹ simul apparet sed
dum bii solem eclipsatum percipiunt: illi luce solis fruūtur. quia sol in eclipsi vt dictū est non
perdit lucem suam sed obumbratur claritas eius ex interpositione lune. potest autē quibus-
dam obumbrari alis autē nō. quod contingit tum quia cum luna sit minor terra vmbra eius
non potest totam terram cooperire. tum propter diuersitatē aspectuī in diuersis regionib⁹.
Hec autē variatio dupliciter attēdi potest primo in regionibus eiusdē climatis quia licet q̃
eclipsatur sol in vna pte alicuius climatis in oibus alis etiā eclipsetur nō tamē simul sicut si
occidētalib⁹ sol hora meridiana eclipsatus apparet: orētalibus vero nō tūc sed post aliquot
horas eclipsabitur. aliomodo z forte magis ad intentionem textus quantum ad regiones di-
uersorum climatum quando eiū eclipsis solis est partialis potest esse tam parua q̃ in vno cli-
mate apparebit z in alio non. et licet in vtroq̃ illorum climatum appareat nō tamen equalis
sed maior in vno climate q̃ in alio vt dictum est. Secunda differentia est quia eclipsis solis in
cipit a parte occidentali corporis eius eo q̃ luna per proprium motum quo solem superat ad
coniunctionem eius venit ab occidente. sed eclipsis lune primo incipit a parte orientali corpo-
ris eius eo q̃ ipsa proprio motu ab occidente veniens intrat vmbram terre q̃ primo tan-
git in parte sui corporis orientali veruntamen prius partem vmbre occidentalem ingredit
¶ Deiū ibi. Virgilius aūt. cōfirmat ea q̃ dicta sunt de eclipsib⁹ luiariū auctoritate Virgilij
in georgicis qui vnico vsu vtrāq̃ eclipsiz velut breui capto ꝓphēdit cū inqt. defect⁹ lune vari
os solisq̃ labores. vbi eclipsiz lune vocat defectum qz luna in rei veritate deficit lumie cum

Que habitationes sunt australes et que septētrionales

Capitulum quartum

eclipsatur. Id enim q̃ greci eclipsim dicũt nos defectum nominamꝰ. Sed eclipsim solis vocant laborez eo q̃ tunc sol laborare aut egrotare videatur quasi eim impotens factus radios suos ad nos non mittit. ¶ Sed circa predicta cõuenienta videt eãm cremẽti z decrementi lune inquirere. vbi aduertendũ q̃ cum luna lumen nõ habeat ex se nisi qõ recipit a sole ratio cremẽti z decrementi lune ex diuersa eius a sole illuminatione accipitur. nõ eim crescit aut decrescit corpus lune sed lux eius. cum autẽ sol sit multo maior luna semper medietatem eius z eo amplius illuminat exceptoꝛ tempore eclipsis lune. non tamen semper eadem lune medietas illuminatur sed lumẽ ab vna medietate in aliam permutatur. quãdo eim est luna soli cõiuncta superior eius medietas que est versus astra illuminata est inferior vero medietas versus terrã obscura est z vmbram proiicit et tũc dicitur luna neomenia. Deinde vero cum luna motu suo velociori a sole incipit recedere incipit etiam lux a superiore medietate lune ad inferiorẽ permutari z incipit tunc nobis aliqua lux apparere in nostra medietate quia videtur luna bicornis z dicitur monoidea aut luna noua vsq̃ ad septimũ diem quando est quartꝰ aspectus lune ad solem et finitur prima quarta mensis lunaris. et tunc qz luna magis distat a sole maior pꝯ nostre medietatis scz medietas circuli eius illuminata estet tũc dicitur dicotomos. Trãseũte vero luna vlterius post quartũ aspectũ ante tamẽ oppositionẽ maior adhuc pꝯ nostre medietatis illuminatur cõtinue z tunc dicitur luna amphicrios. Quãdo autẽ luna iam est in oppositione solis tota inferior medietas illuminata est z tota superior obscura et vmbram facit versus astra z tunc dicitur luna panselinos z ibi finita est medietas mẽsis lunaris. In alia vo medietate lumen cõtinue permutatur a pte inferiore lune ad ptem superiorẽ z eisdẽ noĩbus luna nominatur sicut in prima medietate ordine tamẽ conuerso.

Quare luna crescit et decrescit.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq̃ celebratissimi questio secunda.

Queritur secũdo vtrũ possibile sit solem z lunã eclipsari. Et arguit primo q̃ nõ: z primo de luna quia si luna posset eclipsari hoc esset per defectũ luminis sed hoc nõ igit. ꝓna est nota maior etiã probatur minor dupliciter. Primo qz luna nunq̃ deficit a lumine g̃ non eclipsatur per defectũ luminis ꝓna tenet. añs pz per Ptholemeũ in secũdo quadripartiti vbi docet ex coloribus lune tẽpore eclipsis prenosticare de effectibus cõsequẽtibꝰ ex eclipsibꝰ mõ color lune nõ est sine lumine g̃ nũq̃ deficit a lumine. Secundo pbat minor qz si luna eclipsaretur ex defectu luminis sequeret q̃ luna semp esset eclipsata ꝓna est falsum. z pz ꝓna qz semper vna pars ipsius lune caret lumine scz illa pars que nõ est obiecta soli quare sequitur q̃ luna semp eclipsaret quãtum ad aliquã eius ptem. ¶ Secũdo sic qz si luna possit eclipsari hoc esset ꝓpter interpositionẽ terre inter solem z lunã sed hoc nõ g̃. ꝓna est nota maior pz per auctorẽ in textu pbatur minor qz si ꝓpter interpositionẽ terre inter solẽ z lunã luna eclipsaretur tũc ꝓpter interpositionẽ veneris inter solẽ z lunã luna eclipsaret ꝓna est falsum z cõtra oĩa astrologorum qz hõ nõ est visum. et pz ꝓna qz venus est maior q̃ sit terra g̃ sequit q̃ eius vmbra melius põt obumbrare lunã q̃ vmbra terre. Et confirmatur qz si sic sequeret q̃ luna exñte equali z sole exñte in eodẽ loco oĩs eclipsis deberẽt esse equales. ꝓna tenet qz vmbra terre esset equalis z sic eclipsis equalis sed ꝓns est falsum. imo illis obseruatis visum est vnã eclipsim diutiꝰ durasse q̃ aliã. ¶ Tertio sic qz si sic sequeret q̃ terra esset maior sole ꝓns est contra Ptholemeũ cercia dictõe almagesti. sed pz ꝓna qz si terra esset minor q̃ sol per aduersarium tũc eius vmbra vadit ptinue diminuẽdo vt pz p perspectiuos mõ luna est maior q̃ sit terra g̃ vmbra terre nõ põt eclipsare lunam vel oportet q̃ sol sit minor terra. sed q̃ luna sit maior q̃ terra pz qz luna maior est q̃ aliqua stella fixa vt pz ad sensum mõ quelz stella fixa maior est q̃ sit terra vt pz per Alphraganũ quare sequit q̃ luna est maior q̃ terra. ¶ Quarto sic qz si sic sequeret q̃ etiã vmbra terre põt eclipsare mercuriũ ꝓns est falsum qz nõ est reptum apud astrologos q̃ mercurius eclipsetur. z pz ꝓsequentia qz vmbra terre ꝓtenditur vsq̃ ad sphaeram mercurij vt ponit Campanus in sua theorica. ¶ Quinto sic qz si sic maxime esset in oppositione ꝓsequentia tenet per auctorem. Sed ꝓsequens est falsum quod patet quia si solum esset eclipsis in oppositione tunc sequitur q̃ nunq̃ possemus videre lunam eclipsari sole existente supra horizontem consequẽtia tenet quia in oppositione si sol sit supra horizontem

luna est sub ⁊ ecōtra sed ꝓñs est falsum ĩmo alias sol videbatur supra horizontē ⁊ luna eclipsata vt recitat Plinius in libro de mirabilibus mūdi. Deinde arguit de sole qz sol nō pōt priuari luce igit ꝓña tz qz eclipsis dicit priuatio lucis/añs pz qz sol habet lumē ex se nec pōt ab aliquo ipediri. Scōs si sic qz sic hoc esset ꝓpter lunā interpositā inter solē ⁊ terrā et ꝓhibētem lumē solis mō luna cū sit minor sole nō pōt ꝓhibere eius lumē. ecia si luna eclipsaret solē essz fortior sole. ¶ In oppositū arguit p auctorē in lfa ⁊ p Ptholemeū in sexta dictiōe almagesti et p oēs astrologos. In q̄stione erūt duo articuli prim⁹ erit de eclipsi lūe. scōs de eclipsi solis

Primus articulus

¶ Quantū ad primū supponēda sunt aliqua primo supponit q luna nō hz ex se illud intensū lumē p qō ita notabiliter ⁊ sensibiliter illuīat ista inferiora/ĩmo hz illud lumen a sole ⁊ ipm reflectit versus trā sicut reflecteret a speculo polito. suppō pz scōs celi/pz etiā p Ptholemeuz

Prima suppō

quarta dictiōe minoris almagesti in quadā suppōne qua ꝓponit lunā habere suū lumē a sole

Scōa suppō.

¶ Scōs supponit q vmbrosuz spherīcum min⁹ lumīoso cui obicit cāt in pte opposita luīoso vmbrā conalē ad modū piramidis rotūde cuius conus est in pte opposita lumīoso ⁊ basis est circulus minor in vmbroso pz per pspectiuos. Sz vmbrosum equale luīoso causaret vmbraz colūnparē ad modū colūpne rotūde. sz vmbrosū maius luīoso cāret vmbrā ad modū piramidis euerse rotūde.

Tertia suppō

¶ Tercio supponit q sol est maior q̄ sit terra. suppō pz p Ptholemeum tercia dictōe almagesti vbi proponit q sol est maior terra cēties sexagesies sexies ⁊ amplius Ex hac suppōe sequit corrclarie ⁊ p̄cedenti ctiā q terra cū sit obiecta soli cāt in opposita pte eius vmbrā conalē ad modū piramidis rotūde. ⁊ illi⁹ piramidis conus ꝓtendit p magnā distanciā vltra ꝓcausū orbis lune vt demōstrat Ptholemeꝰ in q̄nta dictōe almagesti ⁊ Cāpanus

Quarta suppositio

in sua theorica. ¶ Quarto supponēdū est q corp⁹ planete politū ⁊ sufficiēter dēsuz obiectū luīoso ei⁹ lumē incorpat ⁊ reflectit pz suppō p experientiā de speculo. Ex quo sequit q luna cū sit valde polita ⁊ sufficiēter dēsa qz dēsior ꝓs sui orbis vt dicit ꝓmētator ipa fortiter incorporat lumē solis ⁊ reflectit versus terrā. et est illud lumē primarīū lūe ꝓpter cui⁹ defectū dr luna eclipsari ⁊ nō solū intelligit de luīe scōario. qz luna nūq̄ deficit ab eo sed de luīe ꝓmario

Quīta suppō

et recto. ⁊ intelligēdo de ipa luna quātū ad ptes ei⁹ directe oppositas ipi soli. ¶ Quinto supponēdū est q luna mouet in suo orbe eccētrico q̄ orbis eccētric⁹ deuiat ab ecliptica intersecā do lineā ecliptica in duob⁹ pūctis et illaz duaz intersecationū vna vocat cauda draconis et alia caput draconis. et inde est q luna deuiat ab ecliptica sz eccētric⁹ deferēs solē nūq̄ deuiat

Primū correlarium

ab ecliptica et inde est q sol semp est sub ecliptica. Ex suppōe sequūtur correlaria/ꝓmū est q sole exīte in cauda draconis ⁊ luna in capite vel e contra tūc sol ⁊ luna diametraliter opponūt. Pz correlarīū qz illo tūc sol ⁊ luna sunt ābo sub ecliptica ⁊ in pūctis oppositis mō q̄cūq̄z duo pūcta opposita ecliptice diametralit opponūtur cū ei⁹ cētrū sit cētrū mūdi/ Scōs sequit q nū

Scōz correlarium

q̄ sol ⁊ luna opponūtur diametraliter nisi vno exīte in cauda draconis ⁊ alio in capite. pz qz sol semp est sub ecliptica luna aūt nō semp vt pz p quintā suppōem nisi quādo est in capite vl in cauda draconis. solum q̄ tunc opponūtur diametraliter solet luna tēpore oppositionis ipa existente in cauda draconis ⁊ sole in capite vel ecōtra. ⁊ sic sequit q luna ⁊ sol nūq̄ diametraliter opponūtur nisi in illo casu. ꝓñ tenet quia nichil opponitur soli diametraliter nisi sit sub

Conclusio responsalis

ecliptica. ¶ Ex istis suppositionib⁹ infertur respōsio ad quesitū pro isto articulo q luna pōt eclipsari pz quia possibile est vmbrā terre de directo peruenire ad corpus lune q̄ ꝓclusio vera ꝓsequēcia est nota añs pz quia vmbra terre de directo multiplicat ⁊ ꝓtenditur ad oppositū solis vltra orbē lune. modo possibile est corpus lune q̄nq̄z esse diametraliter oppositū ipsi soli

Primū correlarium

ergo illo tunc vmbra terre obumbrabit lunā. Ex ista ꝓclusione sequit q solum in oppositione potest esse eclipsis lune pz qz solum in oppositione sol ⁊ luna diametraliter opponūtur. Secundū.

Secundo sequitur q nō in quslibet oppositione debet esse eclipsis lune pz quia non in qualibet oppositione sol est in cauda draconis ⁊ luna in capite vel ecōtra. ĩmo illud cōtingit vt in pauciorbus. Tertio sequit q stat bene q medīū tp̄s eclipsis nō sit in vera oppositione/pz qz bñ

Tertium

stat q oppositio sit modicum ante introitū lune in cauda ⁊ solis in capite vel ecōtra ⁊ tūc medium eclipsis statiz post oppositionē esset. Et hec de articulo primo. ¶ Quantū ad scōm ad

Secundus articulus

uertendum est q q̄uis quelz eclipsis tā solis q̄ lune sit defect⁹ luminis: in aliquo tn differentia est inter eclipsiz solis ⁊ lune. qz eclipsis lune est defect⁹ luīs solis in ipa luna ꝓpt vmbram

Capitulum quartum

terre. Sed eclipsia solis nō est defectus luīa in ipso sole qz semp hz lumē cū habeat lumen ex se: sed est defectus luīs in aliqua pte terre ,ppter interpositionē aliculua vmbrosi obūbrantis terrā in aliq̄ pte. ¶ Pro quo est aduertēdū scdo q̄ dupliciter accipit eclipsis solis. vnomodo ,ppie ,p defectu luīa solis in aliqua pte terre ,ppter lunā interpositā z obūbrantē illā ptem terre. aliomō capit large ,p defectu luīs solis in aliqua pte terre ,ppter aliqd obstaculū obumbrans illam ptem terre quodcūq̄ sit illud. Et istomō nubes cānt eclipsim solis/z etiā in cauernis clausis in celartis z sic de aliis. ¶ Tercio notādū est et supponēdū q̄ luna est minor q̄ sit terra pz p astrologos. Ex qua suppōe sequunt correlaria. primo q̄ non stat vmbrā lune obūbrare oīno trā. pz qz vmbra lune cū luna sit minor sole ꝓtinue vadit diminuēdo z acuendo ad modū piramidis g̃ cū talis vmbra sit vbiq̄ minor q̄ luna z luna minor q̄ terra sequit q̄ talis vmbra vbiq̄ minor est q̄ terra z sic nō potest obūbrare totā terrā. Scdo sequit q̄ nō pōt esse eclipsis solis vlis. pz qz si sic tūc vmbra lune obūbraret totā terrā qd nō est possibile vt dictū ē Tercio sequit q̄ possibile est esse duos vicinos quoꝝ vn⁹ habet eclipsiz solis z alter nō. pz ex quo vmbra lune nō obūbrat totā terrā stat q̄ aliqs sit in vmbra lune z alter nō adhuc satis ,pinq̄. ¶ Istis suppositis ponunt ꝓclōes. prima est q̄ possibile ē solē eclipsari scdo mō. s. large ꝓclo nota ē de se. ¶ Scda ꝓclo z rīsalis ,p isto articulo est possibile est solē eclipsari ,ppie. s. primomō pz qz possibile est lunā esse diametraliter interpositā inter solē z terrā z tūc vmbra lune ptinget ad aliquā ptē terre. Sequitur correlarie q̄ nō est possibilis eclipsis solis nisi in ꝓiūctione sicut nec eclipsis lune nisi in oppōne/ pz qz nō est possibile lunā interponi inter solē et terrā nisi tpe ꝓiūctionis sicut nec est possibile terrā interponi inter solē z lunam nisi tpe oppositōis. Et si querat g̃ quare nō fit eclipsis solis in qualz ꝓiunctione. Rādetur q̄ solum fit eclipsis solis qñ luna est in ꝓiūctione in cauda vel in capite draconis. et cā est qz si fiat ꝓiūctio luna exīte alibi tūc vmbra ei⁹ de directo nō ,ptendit versus terrā sed lateraliter solū z ideo non fit eclipsis solis. ¶ Scdo sequit q̄ illa eclipsis que fuit tpe passionis xpi nō fuit naturalis imo miraculosa qz fiebat versus oppositionē. Et illud pz p auctorē in fine hui⁹ tractatus vbi allegat sanctum Dyonisium qz illo tūc erat paganus z magnus astrologus. Qui dixit sic aut deus nature patitur aut totalis mundi machina destruitur. ¶ Sz dubitatur quare vna eclipsis lune diutius durat q̄ alia. Respondetur q̄ causa est qz cū eclipsis lune fit ipsa exīte in opposito augis sul eccentrici et sole etiam tūc fit magna eclipsis z diu durat. cui⁹ causa est quia quanto sol z luna sunt propinquiores ipsi terre tāto vmbra terre latior est infra lunam ergo/ tāto luna pl⁹ appōit ad trāseūdū illā vmbrā. sed si sol fuerit in auge eccētrici z luna etiā q̄ in sula sit in cauda vel in capite drachonis tūc nulla eclipsis fit. ¶ Scdo dubitat de augmēto z decremēto lune/ Respōdet q̄ luna nō hz lumē nisi a sole z ideo tpe ꝓiūctōis pe lune q̄ nō est nobis obiecta ē illuīata z ideo nō pcipim⁹ lunā/ sz qñ incipit recedere a sole tunc paulatī aliqua para q̄ est nobis obiecta īcipit illuīari z incipit nobis apparere lūa bicornis. et illo tūc qñ incipit sic apparere dicim⁹ eē nouilunīū. Et illa figura quā luna videt hēre a nouilunio vsq̄ ad ꝓncipiū scde quarte dr monoydes grece. i. bicornis latine scdm tūc magis z minus In ꝓncipio scde quarte lūa apparet ad modum semicirculi. hoc est quia medietas partis nobis oblecte est illuīata. et ista figura vocat dycothomos/ Et postea a ꝓncipio scde q̄rte vsq̄ ad oppositionē luna apparet nobis gibosa ad modū porciōis maioris circuli z illa figura vocat ampbitrios Et tūc cū luna pueuit ad oppositionē apparet nobis oīo pfecta z illuīata ad modū circuli Cā est qz pe nobis obiecta z etiā obiecta soli illuīatur z ista figura vocat panselinos/ z iteruz post oppōez incipit luna diminui sicut pus augebat z eodē mō vocāt figure. ¶ Ad ꝓmā rōez qñ dr ꝛc. ꝓcedit maior z negat minor. z ad ꝓmā ,pbatōez dr q̄ verū est a luīe scdario sed bñ dcfit a luīe ꝓmario z respectu illius dr luna eclipsari. Ad scdam ,pbationē negat ꝓna quia eclipsis lune capit ,p ob vmbratiōe lune ,ppt terrā interpositā. Ad scdaz rōem negat minor ad ,pbationē negat ꝓna. z duplex assignat cā. vna qz ven⁹ est nimis rara z iō nō impedit radios solares. alia cā est qz venus ē nimis ,ppinqua soli z lune ideo radu solares incidētes sup ei⁹ terminos causāt tūc lumē scdariū q̄ quest apperet ꝓmariū. Ad ꝓximam rationē dr q̄ verū est si lūa et sol eēnt inequalib⁹ ,ppinqtatib⁹ et distātiis a terra z etiā in cauda vel in capite draconis. Ad terciā rationē negat ꝓna ad ,pbationē dr q̄ luna nō est maior q̄ terra. ad ,pbationē negat

Prima cōclo
Scda conclo.
Primū correlarium
Scdz correlarium
Primū dubiū.
Scdm dubiū
Ad rationes questionis

minorimo luna est minor qualz stella fixa. et cū pbatur dz q̃ si appareat maior hoc est ppt nimiā propinqtatē. Ad quartā negat ꝓna ad pbationē dz q̃ verū est sed nūq̃ puenit ad corpus planete qz mercurius nunq̃ opponit solt. Ad q̃ntam ꝓcedit maior z negat minor ad probationē dicit q̃ verū est. et cū dz q̃ alias visum est. dico q̃ sol illo tūc erat adhuc sub horizonte sed apparebat nobis ꝓpter vapores interpositos inter nos z solē et hoc p fractionē radiorū ¶ Ad alias rōes ad primā dicit q̃ verū est nec deffectum luis in sole vocamus eclipsim solis Secūda ratio arguit de eclipsi ppria. Ad terciā verū est sed hoc nō negat. ad probationē negatur ꝓna vnde bene impedit lumen solis ne pueniat ad aliquē certū locū determinatū sed non ppter hoc sequit q̃ sit fortior. Et hec de q̃stione et p ꝓns de totalit tractatu de sphera.

¶ Et sic est finis questionū subtilissimarum reuerendissimi dñi
Petri de aliaco doctoris parisiensis super etherea nori.

Pficta eclipsica

¶ Digiti ecliptici dicūtur duodecie dyametri corporis solaris aut lūaris eclipsate. z cognoscuntur per argumentum latitudinis lune verum.

Minuta casū

Minuta casus in eclipsi lunari sunt minuta zodiaci que luna perambulat solem superando a principio eclipsis vsque ad medium eius si partialis fuerit / aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsque ad initium totalis obscurationis si totalis cum mora fuerit.

Minuta more

Minuta in ore dimidie sunt minuta zodiaci que luna solem superādo a principio totalis obscurationis vsq̃ ad medium eclipsis perambulat.

Quō scit duratio eclipsis

Minuta casus in eclipsi solari sūt minuta zodiaci que luna a principio eclipsis vsq̃ ad medium superat īōe sua perficit. Vnde si minuta ista per superationē lune in hora diuidant: tempus quo ea pertrāsit eueniet.

Dyameter visualis solis

Dyameter solis visualis in auge eccētrici .31. minuta chordat. sed in opposito augis .34. sēper tamē que est ꝓportio .5. ad .66. ea est mot⁹ solis in hora ad diametrum suam visualē.

Dyameter lune visualis

Sed dyameter visualis lune in auge eccētrici et epicicli .29. minuta chordat. in auge vero eccentrici et opposito augis epicicli .36. semp tamen que est ꝓportio .48. ad .47. ea est motus lune in hora ad dyametrum suam visualem.

Corrolarium

Quare sequitur q̃ possibile est vt quando q̃ eclipsis solis accidat totalis.

Diuersitates vmbre terre.

Dum sol in auge sui eccetrici fuerit: dyameter vmbre in loco trāsitus lune se habet ad dyametrum lune visualem sicut 13. ad quinq̃. excessus autem dyametri eius dum sol est in auge super eandē dum sol alibi fuerit in eccentrico decuplus ē ad differētiam motuum solis in hora quibus dum est in auge atq̃ illo alio loco mouetur.

Eclipses aliorū qnq̃ planetarū

Et notandum q̃ nullus alius planeta a luna vmbram terre intrare potest. Eclipsantur tamen omnes alii planete et multe stelle fixe per interpositionem.

Dñotissimū corrolariū

Ex predictis patet q̃ cum eclipsis solis esset in passione domini: et eadem passio esset in plenilunio: illa eclipsis non fuit naturalis / sed miraculosa / et supranaturā. qz eclipsis solis vt dictum est in nouilunio vel circa debet contingere. Propter quod legitur dyonisium ariopagitam in eadem passiōe dixisse. Aut deus nature patitur: aut mundi machina disoluitur.

¶ Hec ē scōa ps pme pticl' q̃ dicit de terīs pmētib⁹ ad q̃titatē z durationē eclipsiū. z po de hus q̃ pmēt ad q̃titatē eclipsiū scōo de pmētib⁹ ad durationē ibi. minuta casū. pdeclarationē pmi scētō ē q̃ lz corpa solis et lune sphericā sint et rotūda: ex distācia tamē maxia nobis

apparent plana vt etiam supra capitulo primo dictũ est vnde in materia eclipsiũ de eis sicut de circulis planis raciocinamur. ⁊ sic dyameter solis aut lune velut dyameter cuiusdam circuli plani ab astrologis existimat. q̃titatẽ aũt eclipsis sol aut lũe qñ partialis est p dyametri partes significãt astrologi. ⁊ sic totam dyametrũ in duodecim partes equales (quas digitos aut puncta vocant) ymaginabiliter diuidũt. quot ergo ex his digitis aut punctis eclipsãtur totam pariẽ illius luminaris dicũt esse eclipsatã. vt si sex digiti dyametri lune intrarent vmbrã terre diceret medietas lune eclipsata. si aũt octo: due tercie partes lune ⁊ sic de aliis silr ⁊ de sole. ¶ Quõ aũt cognoscantur digiti ecliptici in qualz eclipsi subiũgit textus q̃ per argumẽtum latitudinis lune verũ. dr aũt argumẽtũ latitudinis lune distancia lune a capite draconis scõm longitudinem zodiaci. que si vsq̃ ad lineam medii motus lune accipiatur scõm sucessionẽ signorũ argumẽtũ latitudinis lune medium dicitur. si vero vsq̃ ab lineã vere motus lune ⁊ scõm sucessionem signorũ argumẽtum latitudinis lune verũ. ⁊ per hoc argumẽtũ potest haberi q̃tum distat centrũ lune ab ecliptica hora eclipsis ⁊ per ꝓñs quota pe dyametri solis aut lune eclipsabiẽ. ¶ Tex. Minuta casuũ. Exponit terminos pertinentes ad durationẽ eclipsis apud astrologos vsitatos. et ꝓmo terminos durationis simpliciter scõdo terios de diuersitate durationũ specialiter ibi. Dyameter solis. q̃tum ad ꝑmum duo facit. primo exponit terminos pertinẽtes ad durationẽ eclipsis lune scõdo pertinẽtes ad durationẽ eclipsis solis ibi. Minuta casus. Circa eclipsim lune duos terminos exponit scõm ibi. Minuta more. ꝑmus g̃ terminus est minuta casus in eclipsi lunari per hoc eñ astrologi intelligũt minuta zodiaci q̃ buo motus lune superat motũ solis in eo tp̃e quod est a ꝑncipio eclipsis (qñ scz luna incipit intrare vmbrã) vsq̃ ad mediũ eclipsis si eclipsis illa partialis fuerit aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsq̃ ad iniciũ totalis obscurationis si eclipsis totalis. et cum mora fuerit ¶ Notãdum q̃ mediũ eclipsis dr qñ centrũ lune pertingit dyametrũ lõgitudis vmbre vel ẽ in directo eius. ⁊ tũc corpus lune est tantũ eclipsatũ q̃tum est possibile illa vice. Inicium aũt totalis obscurationis est qñ iam totum corpus lune primo incipit esse sub vmbra Casus vero est tpũs quo luminare cadit in eclipsim. s. a ꝑncio eclipsis vsq̃ ad medum. sed tẽpus a medio eclipsis vsq̃ ad finem dici põt euasio. ¶ Notandũ etiã q̃ cum vmbra terre vt diximus semp terminet ad nadir solis: necesse est q̃ tm̃ precise moueat conus vmbre in celo sicut centrũ solis: cũ igitur luna appropiquat vmbre oportet ꝓparare motũ lune ad motũ vmbre. ideo astrologi inuestigãt tunc excessum motus lune sup motũ solis qui etiaz est motus vmbre ad cognoscendũ certuz tẽpus ⁊ durationẽ eclipsis. si eñ vmbra non moueret luna citiꝰ perueniret ad eclipsim minusq̃ duraret eclipsis. silr etiam opz intelligere circa eclipsim solis q̃ oz ꝓparare motum lune ad motũ solis. ¶ Textus. Minuta more. Exponit scõm terminũ pertinentem ad durationẽ eclipsis lune scz minuta more dimidie significat eñ apud astrologos minuta zodiaci q̃bus motus lune supat motũ solis in eo tp̃e quod est a ꝑncipio totalis obscurationis vsq̃ ad mediũ eclipsis iam dictum mora aũt significat tp̃s totalis obscurationis lune. i. q̃diu tota luna est in vmbra quõ aũt per ista minuta casus aut more duratio eclipsis cognoscatur paulo post apparebit. ¶ Tex. Minuta casus. Declarat vnicũ terminũ pertinentem ad durationẽ eclipsis solis scz minuta casus in eclipsi solari. sunt eñ minuta zodiaci quibus motus lune superat motũ solis a ꝑncipio eclipsis vsq̃ ad mediũ eius quod est qñ cẽtrum lune peruenit ad centrũ solis vel in eius directũ. Jn sole aũt nõ assignãtur minuta more qz eclipsis vel nullam vel admodũ pua mozulam hz. cũ eñ sol sit multo maior luna vix potest luna totũ solez obũbrare ⁊ ideo qñ totũ eclipsat nõ potest diu durare totalis illa solis occultatio supra lunaz sed q̃cito totus sol eclipsatus est tamcito incipit aliqua pars eiꝰ aparere. ¶ Deinde ibi. Unde si. Oñdit quõ per supradicta minuta casus aut more cognoscant duration es eclipsiũ solis ⁊ lũe. cognoscitur eñ tp̃s talis durationis hoc modo accipiat motus lune in hora p suam tabulã ⁊ sit. v. g. 32. minuta cũ medio accipiat etiam motus solis in hora tp̃e eclipsis per suam quoq̃ tabulaz et sit. 2. minuta cum medio. ⁊ qz motus solis est minor subtrahat a motu lune ⁊ remanebunt triginta minuta que dicuntur superatio lune in hora. et iste numerus scilicet triginta sit diuisor. accipiantur etiam minuta casus in eclipsi lunari aut solari vel etiam minuta more vt. v. g. minuta casus in aliqua eclipsi lune sint. 50. et sit numerus diuidẽdus. tunc minuta

quid argumẽtũ latitudinis lune.

Quod est medium eclipsis

Quare eclipsis solis nõ hz mozam

ista casus scōm artem algorismi per superationē lune in hora scilicet per.30.minuta diuidāt et numerus quotiens inde puenienia sunt hore. ⁊ ps q diuidendo.so. per.30.numerus quotiens est vnitas.i. vna hora. deinde residuū ex diuisione scz.20.minuta multiplicent per.60. et puenient.1200.qui nūerus iterū diuidatur p supationem lune in hora scz per 30. ⁊ nūerus quotiens inde puenienis scz. 40. erunt minuta hore. Et si aliquid ex hac diuisione fuerit residuum iterū multiplicetur per.60.⁊ numerus inde puenīēs iterū diuidat per supationē lune in hora ⁊ numerus quotiēo erūt scōa horaꝝ ⁊ sic apparebit duratio eclipsis per horas ⁊ minuta ⁊ scōa. Si aūt minuta casus essent ita pauca q̃ non possent diuidi p superationem lune in hora multiplicentur per.60.⁊ pductū diuidatur per supationē lune in hora ⁊ nūer⁹ quotiens erūt minuta horaꝝ ⁊ tūc duratio illius eclipsis nullā haberet horaz sed minuta ⁊ alias fractiōes sequētes. Et eodēmō esset operādū in minutis more eclipsis lune ⁊ in minutis cas⁹ eclipsis solis ad habēdam durationē more lune sub vmbra ⁊ durationem eclipsis solis ¶ Sz circa hoc aduertēdū q̃ astrologi solum accipiūt minuta casus ⁊ minuta more dimidie nō aūt minuta euasionis aut alterius medietatis more: qz in quolibet toto oēs partes eiusdē denoīationis sunt equales ⁊ scita q̃titate vnius scit q̃titas cuiusl3 alterius. casus aūt ⁊ euasio sunt partes eiusdem denoīationis in duratione eclipsis scz medietates. similiter etiā due dimidie more sunt partes eiusdē denominationis in duratione totalis obscurationis. ⁊ ideo habitis minutis casus habent ⁊ minuta euasionis ⁊ habitis minutis dimidie more habētur ⁊ minute alterius dimidie. vnde etiam scita duratione casus scitur ⁊ duratio euasionis ⁊ scita dimidia mora scitur et alia dimidia. vnde per operationē supra dictam non haberentur nisi hore et minuta medietatis eclipsis vel medietatis more scz a principio eclipsis vsq̃ ad mediū ei⁹ vel a principio more vsq̃ ad mediū eius. illo aūt tēpore duplato haberet tempus toti⁹ eclipsis. qñ aūt eclipsis lune est totalis ⁊ cum mora tūc casus ⁊ dimidia mora sunt medietas eclipsis sed in eclipsi lunari sine mora ⁊ etiā in eclipsi solari sol⁹ casuo ē medietas eclipsis. ¶ Tex. Dyameter solis. Exponit alios terminos pertinentes ad diuersitates durationū eclipsium vbi notandum est q̃ eclipsis totalis lune cū mora ⁊ etiam eclipsis totalis solis aliqñ maioris aliqñ minoris sunt durationis. ⁊ etiam eclipsis solis totalis aliqñ obscurior aliqñ minus obscura est ⁊ hoc est ꝓpter maiorem vel minorem solis aut lune a terra remotionem in suis orbibus eccentricis. ꝑmo g̃ exponit terminos pertinētes ad diuersitatem durationis eclipsis solis scōo pertinentes ad diuersitatem durationis eclipsis lune ibi. Dum sol. q̃tum ad ꝑmū duo facit qz ꝑmo exponit dictos terminos scōo infert vnū correlarium ibi. Quare sequitur. Circo ꝑmum exponit duos terminos scōm ibi. Sed dyameter. Primus g̃ terminuo est dyameter solis visualis. est enim illa dyameter circuli solaris que nobis q̃titatem solis visualem mensurat. et hec sole exīte in auge sui eccentrici.31.minuta ecliptice chordat.1.apparet illa dyameter solis tanta q̃ta est corda vnius arcus ecliptice.31.minutoꝝ que sūt fere medietas vnius gradus. Sed qñ sol est in opposito augis eccētrici dyameter visualis solis est sicut corda arcus ecliptice.34.minutoꝝ quia tūc sol maior apparet cū sit nobis ꝓpinquior. Qñ aūt sol in alio locis sui eccentrici fuerit: hec est regula inueniēdi dyametrū solis visualeꝫ. querat tunc motus solis in hora hoc est minuta zodiaci que sol ꝑtransit in vna hora qñ est in tali situ ⁊ ille arcus ecliptice se habz ad arcū quē chordat dyameter visualis solis in eodē situ in ꝓpositione sicut q̃nq̃ ad.66.que est sub tredecupla sesquiq̃nta vt. v. g. si sol esset in longitudine media sui eccētrici ⁊ motus eius in hora esset.2.minuta cū medio dyameter visualis eius chordaret fere.33.minuta. ¶ Tex. Sz dyameter. Exponit terciū terminū scz q̃d ē dyamet lune visualis ⁊ quō vartat. vbi notādū est q̃ in omni ꝓiunctione solis et lune sūt ⁊ in omni oppositione epicicius lune ē in auge sui eccentrici. q̃ g̃ in vna eclipsi solis sit luna ꝓpinquior aut remotior a nobis q̃ in alia non puenit nisi ex parte epicicli lune. sic ergo dicit q̃ dyameter visualis lune (que quātitatem apparentē lune nobis mensurat) luna exīte in auge eccentrici ⁊ epicicli.29.minuta ecliptice chordat.1.apparet corda arcuo.29.minutoꝝ ecliptice. Sed qñ luna est in auge eccentrici ⁊ in opposito augis epicicli tunc dyameter visualis eius.36.minuta ecliptice cordat quia tunc luna apparet maior et est terre ꝓpinquior. In aliis autem locis epicicli luna exīte si epicicius in auge eccentrici fuerit hec est regula dyametri visualis eius

Quod astrologi solā dimidiam durationē eclipsis, cōputant.

qm̃ mot⁹ lune in hora in tali situ epicicli se hꝫ ad arcum quem chordat dyameter visualis ei⁹ in eodem sicu sicut. 48. ad. 47. hoc est in ꝓportione sesquiquadragesima septima vt. v. g. si luna esset in auge eccẽtrici ⁊ in longitudine medie epicicli ⁊ motus eius in hora esset. 31. minuta zodiaci tunc dyameter visualis eius. 30. minuta ⁊. 22. scꝑa chordaret. ¶ Tex. Quare sequitur. Infert vnũ pulchrum correlariũ cuiusdã cõmunis dubitationis solutiuũ quomodo scꝫ cum luna sit multo minor sole potest ipsum totum eclipsare ita vt aliquãdo per interpositionem lune eclipsis solis fiat totalis. Et respõdet q̃ ex predictis pꝫ hoc esse possibile dictuꝫ est em̃ q̃ dyameter visualis lune aliquãdo est equalis aut maior q̃ dyameter visualis solis q̃ possibile est lunã totũ solem nobis occultare. eclipsis em̃ solis vt dictum est nõ est priuatio luis in sole sed sola obumbratio que non fit nisi ad apparentiam aspectuũ nostrorum. si ergo quãtitas visibilis lune aliquãdo maior est quantitate visibili solis poterit nobis totũ solem occultare. Et confirmatur hoc q̃ scõm perspectiuos vt supra capitulo primo diximus radii visuales solis veniũt ad nos pyramidaliter et ad angulũ concurrentes. cũ ergo luna sit nobis valde ꝓpinqua occurrẽs angustie pyramidis quãdoq̃ occupat totam latitudinem pyramidis ⁊ sic occultat totam basim. sicut etiam quãdoq̃ videmus q̃ vnus homo ante nos positus occultat nobis magnum montem propter eandem causam. ¶ Textus. Dum sol in auge. Exponit alium terminum pertinentem ad diuersitatem durationis eclipsis lune qui est dyameter vmbre. vbi notandum est q̃ quando est eclipsis totalis lune ⁊ cum mora aliquãdo est maior aliquando minor duratio eclipsis: etiam existente luna in eodem loco epicicli ⁊ eccẽtricl q̃ non nisi ꝓpter crementum ⁊ decrementũ vmbre terre potest cõtingere. Declarat ergo quomodo pyramis vmbre aliquando est latior aliquãdo vero subtilior dicens q̃ quando sol est in auge fuit orbis eccentrici vmbra terre est latior quia minor portio terre tũc illuminatur q̃ sole alibi exãte ꝓpter maiorem scꝫ a terra distantiam. sicut etiam perspectiui dicũt q̃ maior pars lune illuminat in conũctione q̃ in oppositione ei⁹ ad solem ꝓpter maiorem ꝓpinquitatem. Dyameter ergo trãsuersalis vmbre (que scꝫ mẽsurat latitudinem pyramidis in loco transitus lũe) quando sol est in auge eccentrici sui se habet ad dyametrum visualem lune sicut. 13. ad. 5. hoc est in ꝓportione duple super tripartiente quãtas. Sed quãdo sol est in aliis locis eccẽtrici dicta dyameter vmbre in eodem loco est minor quãta aũt sit hoc modo inueniet accipiatur motus solis in hora dum sol est in auge vt. v. g. duo minuta et. 20. scꝑa accipiatur iterũ motus solis in hora quando sol est in alio loco eccentrici scꝫ ad mediam longitudinem et sit. 2. minuta et. 30. scꝑa. excessus vnius motus ad alterũ est. 10. scꝑa iste aũt excessus decupletur ⁊ fient. 100. scꝑa. tunc capiatur corda arcus ecliptice. 100. secũdoꝝ et tanto maior est dyameter vmbre quãdo sol est in auge eccentrici quã dyameter vmbre dum sol est in longitudine media q̃ta est illa corda arcus predicti. ¶ Tex. Et notãdum. Hec est scꝑa particula huius partis in qua determinatur de eclipsibus aliorꝝ quinq̃ planetarꝝ a luminaribus ⁊ determinatio sua facilis habet duas partes. prima est q̃ nullus aliorꝝ quinq̃ planetarꝝ potest eclipsari eomodo quo luna eclipsatur scꝫ per casum in vmbram terre. scꝑa pars est q̃ oẽes alii planete a luna ⁊ etiã multe stelle fixe q̃ scꝫ sunt in zodiaco vel ꝓpe possunt eclipsari eo modo quo sol eclipsatur scꝫ per interpositionẽ lune vel alterius planete. Prima pars pꝫ q̃ nulla stella siue erratica siue fixa supra solem potest intrare vmbrã terre q̃ illa nõ pertingit nisi vsq̃ ad celũ mercurii. Sed de venere ⁊ mercurio ꝓbat q̃ vmbra terre vt dictũ est semp dirigitur ad nadir solis. hii aũt duo planete nõ tãm recedunt a sole vt veniant aliq̃n ad oppositionẽ eius. q̃m̃ venus q̃n plus distat a sole est per duo signa. mercurius aũt nũq̃ vltra vnũ signũ. vnde hii duo coiter dicuntur satellites solis. Scꝑa pꝑs ꝓbata est supra cũ de ordine celorꝝ inq̃rere mus omnis em̃ stella inferior potest superiorẽ sub zodiaco eclipsare. ¶ Sꝫ circa hoc dubitatur q̃ cum luna vt dictũ ẽ vmbrã laciat in presencia solis: videt q̃ planete superiores possunt intrare vmbrã lune ⁊ eclipsari. Et item venus et mercurius cum sint inferiores sole deberẽt aliq̃n ipsũ eclipsare sicut luna facit q̃ tãnunq̃ videmus. Ad primũ dubitũ dꝝ q̃ tres planete superiores nõ possunt intrare vmbrã lune. quia cũ luna sit multo minor terra ⁊ multo propiquior soli: multo etiã minorẽ habebit vmbrã. vnde nõ poterit pertingere vsq̃ ad celũ martis maior em̃ distancia est a luna vsq̃ ad martem plus q̃ in decuplo q̃ a terra vsq̃ ad mercurium

Due dubitationes

Ad primum.

vbi terminatur vmbra terre. Venus etiã et mercurius nõ possunt intrare vmbrã lune qvm bra illa nõ recte sursum porrigit nisi qñ luna est in oppositione solis ad quaz oppositionẽ isti planete nũq̃ pueniũt vt dixim⁹ qz semp stant iuxta solem. Luna aũt qñ est iuxta solẽ scz in p̃mis et in vltimis saptẽ diebus mẽsis lunaris vmbrã suam neq̃ directe sursum neq̃ directe deorsũ ad terrã sed lateraliter extra terrã subcõcauo orbis lũe porrigit. sic igit nullus planetaz̃ preter lunã põt eclipsari ꝓpter casum eoz̃ in vmbraz. nisi forte quis vellet dicere q̃ alii planete q̃nq̃ vmbras ꝓiciũt in p̃cia solis z seipos eclipsant qõ tñ nõ est ꝓbabile cum sint corpora diaphana. ¶ Ad scõm dubiũ dr q̃ mercurius est multo minor luna at q̃ a terra remotior. ideo nec totã pyramidẽ solis nec partẽ notabilẽ eiꝰ occupat z sic qñ mercurius ẽ sub centro solis diametraliter in p̃ceptibilis reddit z nichil sensibile de sole eclipsat. Devenere aũt idẽ dicẽdũ est licet eiꝰ ipsa sit modico maior luna tñ multo distantior a terra est q̃ luna vñ pyramis radiosa solis in celo veneris latissima est z nõ posset venus sensibilẽ ꝓtem eiꝰ ĩpedire nec solẽ sensibiliter eclipsare. vel dicendũ vt prius q̃ isti duo planete nõ sũt corpora opaca z vmbrosa sed perlucida z perspicua ideo nõ obũbrãt nobis claritatem solis. z dato q̃ essent corpora vmbrosa dr q̃ vmbre eoz̃ nõ ꝓtingũt vsq̃ ad nos ꝓpter causam dictã scz qz multo anteq̃ ad terrã pertingãt terminãtur z nõ apparẽt sicẽ vmbra lune. veruntñ si quis artificiose horã ꝓiectionis solis z horũ duoz̃ planetaz̃ corpus solare posset intueri forte puncturã aliquã nigrã in circulo solari notare posset. ¶ Tex. Ex p̃dictis pz. Hec est tercia ꝓticula huius partis in qua ex his que dicta sunt circa eclipsim solis auctor anq̃ vir catholicus z verꝰ christicola infert devotissimũ cortelariũ quo totũ opus suum z precipue hanc terciã partem huiꝰ quarti espiritu ordinat z dirigit in culiũ obsequiũ z honorẽ dei. Ubi notãdũ est q̃ licet astrologis a multis satis incõsiderate iudicet supersticiosa z dãpnanda velut falsa z sacre doctrine a diuersa. tñ si vt Ptholemeus dicit in p̃ncipio quadripartiti ipsam via phica z modo naturali velimꝰ accipere non supersticiosa aut vana sed dignissima doctrina z inter sacre sapientie ancillas precipua apparebit. vñ qui oĩ superstitione dimissa eã voluerit perscrutari multa et magna diuineq̃ scientie subseruiẽtia z q̃ in maiestatis diuine ad mirationẽ inducũt ex ea poterit elicere. vt eiꝰ iuxta p̃ncipiũ huius libri dixim⁹ de nullo magis sapiãtia potenciã z bonitatẽ dei ad miramur quam de celoz̃ z astroz̃ ornatissima ꝓpage que astrologie theorematibꝰ cognoscit. Inter cetera aũt in q̃bus liberalissima hec doctrina imperiali sue dñe sacre scientie inseruit potissimũ est q̃ circa maximũ miraculoz̃ tpe passiõis christi factũ z docet z mõstrat. tũc eiꝰ vt hystoria tradit euãgelica cunctis stupẽtibꝰ ab hora sexta vsq̃ ad horã nonã sol obscuratus est z tenebre facte sunt sup vniuersam terrã. dies aũt passionis xpi erat luna q̃nta decima scz dies oppositionis luiariũ. qz vt euãgeliste dicũt xpꝰ p̃ma die azimoz̃ passus est. s. in die sancto pasche q̃ exodi. 12. quãta decia die mensis p̃mi iussum est celebrari. cum igitur supra astrologia nos docuerit eclipsim vel obscurationẽ solis naturaliter nõ posse fieri nisi ĩ nouilunio scz p̃ma die lune cũ ipa soli ꝓiecta est: sequitur necessario q̃ illa eclipsis solis nõ fuit naturalis sed pure miraculosa z supra naturã. Et q̃dem si bene inspiciamꝰ quinq̃ maxia miracula fuerũt in hac eclipsi. Primũ fuit ex parte tpis z hoc etiã tangit textus qz scz illa erat dies plenilunii z nõ nouilunii vt ꝓtingit in aliis eclipsibꝰ. Scõz miraculũ fuit ex cursu lunc q̃ naturaliter motu ꝓprio ab occidente in orientem ꝓgredit. in hac aũt eclipsi visa fuit a dyonisio vt infra ꝓbabitur citissime venies ab oriente versus meridiẽ vsq̃ dũ stetit sub sole. vbi per tres horas q̃euit z claritatẽ solis horibus obumbrauit. postea vero ad ꝓprũ locũ versus orientem fere in istanti regressa est. z sic hora sexta z hora nona visa fuit sub sole. sed vespere sole occidente ipsa in oriẽte apparuit soli opposita. Terciũ miraculũ fuit ex parte squa incepit eclipsis. qz vt supra dictũ est omis eclipsis naturalis solis incipit a parte occidẽtali corporis solis sed tunc illa eclipsis incepit a parte solis orientali. vt enim diximus luna retrocessit ab oriente versus meridiem et sic primo tetigit solem ex parte orientali. Quartum miraculum fuit ex parte a qua sol lucere incepit post eclipsim quia in aliis eclipsibus pars solis que primo occultatur primo apparet post medium eclipsis. sed in hac eclipsi pars occidentalis solis que postremo fuit eclipsata primo detecta fuit. contra vero de parte orientali. eo q̃ lũa nõ pertransiuit solem sed stetit sub eo z postea retrocessit. Quintũ miraculum fuit ex duratiõe

Ad secũdam.

Quod astrologia valde seruit theologie.

Quinq̃ miracula eclipsis solis in passione dñi. primũ

Scõm

Tertium

Quartum

Quintum

Capitulum quartum

eclipsia. qv t dictum est supra eclipsia solis que naturaliter fit aut nullam aut paruulaz habz mozam sed in hac eclipsi vt euāgeliste dicūt fuit moza triū hozaz naturaliū scz ab hoza sexta vsq ad hozā nonam. Aliud miraculū ponit hyezonim⁹ qz scz sol non modo ex interpositione lune obscuratus est sed ipe radioa suoa retraxit vt vel dñm pendētez in cruce nō videret vel ne crucifigētea z blasphemātea christū sua luce fruerenē. ¶ Si aūt aliq̄s querat cur de tam hozrenda tāq mirabili eclipsi astrologi aut phī illius tempozis nullā reliquerunt memozaz in libzia suia. Ad hoc dicit Origenea q hec eclipsia nō apparuit nisi in terra inda in qua xpa omnia sua miracula voluit ostendere. z hoc vult dicere textua euāgelicua cum ait super vniuersam terrā scz inda. qō a simili ꝓfirmat p illud quod dr tercio regū viuit dña deua tuua si ē gena aut regnū vbi nō miserit me dñs meus querere te: vbi intelligit de gētibua que sunt circa inda. Alii tñ doctozea dicunt q illa eclipsis apparuit in vniuersa terra habitabili super cuiua hemisperiū tunc erat sol. verūtñ astrologi illius tempozis nō aduertebant nec putabant q in tali die deberet fieri eclipsis solis cū esset luminariū oppositio ideo sorte putauerunt q hec solis obscuratio esset ex aliqua nube spissa soli supposita z neglexerūt ampli⁹ aduertere Sed cum in egipto nulle vnq̄ fiant nube aideo phī z astrologi qui tūc illic aderāt hoc tā grā de portētū notauerūt z in scriptis suis memozia ei⁹ relinq̄rūt. vñ Eusebi⁹ refert q Flegon q olimpiadū egregi⁹ supputator fuit lib. 20. 13. de hac eclipsi sic ait olimpiade. 202. magna z excellēs inter oēa q̄ ante eā acciderāt defectio sol facta diea hoza sexta ita in tenebrosā noctē versua vt stelle in celo visē sint terreq mot⁹ in bithinia nicene vzbis multas edes subuerterit Sed vt Origenes dicit hic Flegon declarauit hoc factū fuisse sub tiberio cesare. nō tñ expressit tūc fuisse oppositionē luniarium Dyonisius etiā de quo textua mencionē facit z qui tunc erat in egipto nō athenis vt quidā putant in epla ad policar pū dicit se hāc eclipsim solis vidisse z miraculā iam notata per ordinē narrat. ait enī in opinabiliter soli lunā incidentē videbam⁹ in egipto existēs. Unde tanto ꝓdigio stupefactus ad eos qui secū aderant dixit Aut de⁹ nature patitur aut mūdi machina disoluitur. quia fide quadaz occulta seu instinctu spūs sancti redemptōis nostre z fructifere christi passionis misteriū cognouit: qua delicta nostra pertulit et paradisi portaa illucvsq clausaa aperuit vnigenitua dei filius. quo nos perducere dignet ille ī cuius noīe omne genus flectat z sine fine viuit z regnat deua vnus. Amen.

Aliud miraculum

Questio

Solutio origenis

Alia solutio

Eusebius

Beatus dyonisius galiaz apostolus

¶ Et sic est finis huius egregii tractatus de sphera mūdi. Johannis de sacro busto anglici et doctoris parisiensis. Una cum textualibus optimisq additionib⁹ ac vberrimo ꝓmentario Petri ciruelli daroceñ ex ea pte Tarraconeñ Hispanie quā aragoniā z celtiberiā dicūt oriundi. Atq insertis p subtilib⁹ q̄stionibus reuerēdissimi dñi cardinalis Petri de aliaco ingeniosissimi doctoris quoq parisiensis. Impressum est hoc opusculum anno dñice natiuitatis 1498. in mense februarii parisiua in campo gallardo oppera atq impensis magistri guidonis mercatoris.

n iiii

Dialogus disputatorius.

P. C. D. In additiones immutationesq; opusculi de sphera mundi nuper editos disputatorius dyalogus Interlocutores Daroceusis et Burgensis

DAgna pfecto est quorũdam hominum vesania: qui indignum et crudele putant antiquorũ dicta (et si ad maiorẽ veritatis elucidationem id fiat) quempiam aut corrigere aut immutare. quasi eorum hoc pacto nomia denigrentur in eternum vel alias per mansura deleantur. Nec ea nempe paucos ad modum fefellit opinio. neminem certe videas qui eqo animo et non quasi sub iratus veterum auctorum monumenta quo quõ verti aut reprehendi audiat Sed nec me hoc a sphericis opusculi additionũ, ac textus quarũdam imutationum editione deterrebit communi vtilitati, pviriti mea satisfacere studentez tam et si quamplurimos esse sciam et quidem amicissimos qui me temerii atis arguent z leuitatem imoingant. Sed quis hic est quẽ michi obuiũ conspicio, pcedẽtem. Meus forte gunsalus est. et certe is ipsus est nisi fallor. Nescio quid aim eius angit aut qua sollicitudine veratur. video lentum incessum defixosq; humi oculos z incomposite vestis in curia z: Jbo z ei rem hanc aperiam consilium super ea petiturus. ingeniosus nanq; est et liberalibus disciplinis apprime eruditus. Saluus sis mi gunsale. Burgeñ. Tu quoq; suauissime petre saluero. Quid hic labentis secane fluxus spectans agebas? An reflexos occũbentis solis radios speculabare? Expertus ne es in concursu radii cum catheco ymaginem apparere vti pspectiuã communem explanans nobis demonstrasti? D. Jd ipm. Sed tucd michi sub tristis veniens videbare? B. Non possum tibi mentem meam non apperire. Audiui z certo scio te preclaras commentationes in spheram Johannis de sacro busto (viri sentẽcta mea in astronomia peritissimi, vt eius plura demonstant scripta) edidisse. D. Noui quorum istec. B. Sed audi obsecro rem totam. D. Fare vt lubet. me tibi faciles prestare aures decet qui id a te potissimũ optez. B. Nec id tibi satis visum est nisi auctoris etiam ipsius (quem nec iniuria multa ante nos secula coluerunt) textum plerisq; in locis immutares arq; vt ita dixerim innouares. D. Et tu hand quaq; hoc recte factum arbitraris? B. Recte? D. Quid ni? B. Quid? quod virum tam multa etate, pbatum nequaq; sine de decore a quopiam incusari posse existimo. D. Nosti philosophorum ingenia qui vt veritatem semper in honore ceteris ante ferrent: vetustissimis auctoribus ac preceptoribus carissimis contradicere non erubuerũt. Reprehendit enim Platonẽ omnesq; pene maiores suos Aristoteles. B. Et multis ob hoc temporib9 cachodemõ habitus apud Athenas z post mortem omnium fere ore vocatus. D. Ah ha. vulgus heco amice existimauit non docti non boni non denique sapientes. qui eum cunctis et preteritis z futuris facile anteferendum iudicarunt et philosophorum principem constituerũt Nondum hieronimum legisti mira de eius laudibus scribentem. B. Recte ais. Monstrum ei nomen indidit. D. Facetus es. Omissis istec ridicula facias. cuius queso philosophorum doctrinam tan multi coluere mortales? cuius vnq; scripta tandiu integra et incorrupta manere? B. Nullius. Nec tñ eo illi gloria parta est q; platonis doctissimi ac sanctissimi preceptoris sentencie fuerit obuius. sed q; vt quidam ex nostris ait. hoim figmẽta perosus. Lynces in ethereos attollens luia vult9. Vidit in hac vnũ mundi testudine numen. z oim peue generũ dogmata calluit q̃ diuino quodã stillo posteris scripta relicit. D. Et tu mecũ iẽris. Nec eñ nobis ideo nomẽ aliqõ speram9 (si tñ q̃rend9 honos est) q; tanti auctoris verba nõnunq; et sentencias immutaueritis. sed q; veritatem (vti domin9 concessit) plene patefacere anhelantes ea inseruimus que nobis necessaria visa sunt ex egregiis sapientum virorum monumẽtis excerpta. sed vt pleniusti bi satisfaciam nõne Paulus apostolo z principem Petrum reprehendit? B. Quia scz vbi scandali periculũ imminebat ei parcenõ nõ putauit. D. Audi etiam et alios. que cedo eras Origenis laudea nõ celebrabit? aut que nãvirum aliquem vnquam habuit origene doctrina clariorem? B. Multa eius scripta nequaq; fideveritati consonant. D. Pleraq; tamen diuine scripsit. verum nec et in erroze vel minimo deprehenso parcit Augustinus. qui Cipzianum etiam martyrii laurea iamiam donatum in multis carpsit. sed satis fuerit Hieronimus z Aug9 sacroq; doctorum precipui sese mutua reprhẽsione (vbi op9 erat) prosecuti. quid hic dicis? quid ptraiscere poteris? iam superest vt mecum sentias et in hac

Plato
Aristoteles

Babtista mãtuanus

Petrus
Paulus
Origenes

Cipzianus
Augustinus
Hieronym9

editione michi adiutor sis. quid eum respondere valeas tantorum virorum exemplis adducis quib⁹ id ne honeste facere posse monstrasti? B. Subcumbam tandem vt video. sed nichil hucusq; actum putes. multa enim clarissimis illis viris licuere: que nos honeste agere nequimus. aliorum tibi argumento opus est ad hanc rem clarius eōmonstrandam. D. Bonam de te spem concipio. sed quoniam alios petis dabūtur et alij. B. Est etiam aliud quod te ab hoc opere potissimū arceat et tu ipse cum noueris facile acquiesces. D. Et quidnam illud est? B. Scle a postea. inceptum nunc sequere. D. Truncato capite oriri capita video. faciundum tamen est quod postulas. sed dic oro quid id est? B. Id quod infelicem codrum perdidisse satyricus narrat. sed tu tempus assidua interrogatione protrahens alios conjectare quos in medium afferas D. Vnd recte concipis. tanta enim turba est vt non facile vel paucissimos eorum memorare valeam. B. Callid⁹ certe es. nouo adhuc probemio veteris narrationem spectans. inuocastin? D. Te non ab re semper amaui qui michi ita iucundus sis. sed nūq; me hodie nisi contentis deseres. B. At qui hoc vel maxime opto. D. Auscultа igitur paucis. Nosti quāco in honore Petri lombardi doctrina semper habita sit cui⁹ sentencias theologi omnes quasi textum cōmentantur. nec ideo tamen indubie ei in omnibus dictis credendum censent verum ipsum in plerisq; contempnunt. Thomas etiam solempnis doctor preceptores suos in multis arguit. tota quoq; Johannis scoti doctrina confutationibus dictorū Thome et aliorum referta est. demū qui secuti sunt solertissimi Nominales acerrima in vtrūq; spicula contorquent. nec ob id tamen eorum aliquem minor fama sequitur. Adesseant nobis multi alij ad uocati quos eternitatis laureis dotat mutuus inter se altercationibus dissidentes clarissime propositum ostēsuri. Est enim animi ingenui alios si vsq; vt homines errauerūt pie aut interpretari, aut corrigere, semperq; veritatem pro viribus tueri. Nec quia priores peritissimi fuerunt posteris idcirco inuestigande veritatis via clausa putanda est. scienciarum enim velut fluminū teste philosopho per continuam additionem fiunt incrementa. Quare age conceptum iam depone furorem, nec verbis verba repelle; sed veritatem quam iamdudum vt video concepisti pande propala ac pronūcia. B. Video te iam deffectum et tuo ligone facile confossum iri. dilceptationem hominū qui litteras sectātur proposito tuo inseruire credidisti. D. Quod sez vnde aliorum eterna manent nomina: dedecus nobis nō timeam⁹. B. Optime loqueris. Sed quanta reipublice litterarie detrimenta oppinantū diuersitas attulerit vel tuipse commemora. hinc enim euenit vt perpaucos inuenias preter Horacij documentum nulli⁹ addictos iurare in verba magistri. Is stoicus est. ille peripateticus. hic Thomam sequitur ille scotum alius denique alium. quod sequitur vt rari sint veritatis participes et tutores. quid queso scholastico viro indignius turpius ve q̄ discipline veritatiq; obuiare? at alicui⁹ doctoris sectam pertinaciter profiteri obstaculum sapere cupiēti noster asserit Aristoteles. D. Nostrum dicis quem prius cacodemona putasti? B. Astutus certe es iam prelibatione veteris. Eya age responde si me tibi vis consentire. D. Respondebo vt iubes et si per difficile sit obiecta reiicere nitar tamen vt cumq; dabitur id efficere quod institui. Quod ex doctorum altercatione accidisse ais vt paucissimi veritatis lumen agnoscant: nichil vero simile est. dubitatorum enim solatio (vt philosophus inquit) veritatis quesite est manifestatio. posteriorum igitur argumenta priorum sentencias elucidant atq; declarant. oportet itaq; dubitare inquirentem quatinus vtriusq; partis audito rationibus, se dotisq; affectibus intellectus ab omni motu animi liber verum inuestiget. hoc autem maxime fiet si que diuersi senserunt discutiantur et aliquo tenū fundamento posito quid alij de hoc quod queritur iudicent inspiciatur. nō tamē doctorem aliquem ita immittari vt quicquid is dixerit omī putetur falsitate carere recte factum dixerim. id enim humani ingenij fragilitas (deo specialiter non adiuto) non patit. Sed nec id nostri parisij philosophi faciūt q̄ q̄uis Aristotelis vt plurimū vestigia sequētes aliorū tamē sentēcias (qui preclare multa et addiderunt) audire non renuūt: nisi forte nonnulli qui non philosophie sed pertinacie potius alūni censendi sunt. Nec eorū hoc qui scripserūt vitio dandū est sed hoīm poti⁹ ignauie īputandū. luce igit clari⁹ apparet q̄cq̄ obiecisti repulsum. B. Id tibi ita videt. superest tamen maior huius negocij pars quanq̄ eīn me etiā renitente diuersas hoīm sentēcias perscrutari sciez inq̄rēti plurimū ꝓducere oñderia: vbi tñ cūcta demō

Petrus lombardus.
Thomas
Scotus
Nominales
Horacius
Parisiēses philosophi

strationum certitudine inuestigantur (vt in mathematicis quarum astrologia vehementissima est fieri consueuit et a te ipso sepe numero audiui) nequaq̃ videtur reprehēsioni aut opinantium varietati locus esse. aut igitur auctor hic (cuius sententias passim aut additione aut immutatione corrigendas putasti) in cunctis delirus est (quod tantorum iudicia virorum qui eum hucusq̃ secuti sunt falsum ostendunt) aut in nullo prorsus carpendus erat. D. Astrologiam o amice Aristoteles physicam magis q̃ mathematicam ostendit: quod scz supremorum corporum motus potissimū perscrutatur. B. Scio quid vellis subiungere. tme debiliter tibi multū instasse. Sed ad rem queso veniamus. et vtinam liber nobis daretur vt facilius singula possemus percurrere que aut cōmutanda aut erradenda penitus iudicasti. D. Ecce adest. ad te eñi deferebam vt iudicium tuū promeres quod (vt video) cōmunē vulgi opinionem sequit¶. Sed age nunc et loca singula recita in quibus tibi male aliquid aut adiunxisse aut littere ordinem conuertisse videmur. B. Ex quatuor probemij proposito. primū nimis pstrinxisti. quartū vero longo tractu dilatasti. D. Ita res exposcebat. precipua enim primi capituli inuestigatio circa formam mundi versatur. probemij autem est eorum q̃ diseruntur principalia tantum proponere. caput etiam quartum vt facilij singula intelligerentur aliquantisper protraximus: commodū igitur fuit eius titulum ampliare. sed minuta hec sunt perge vlterij

De additōib⁹ primi capituli

B. Duas tantum is auctor sphere diffinitiōes. abūde satis apposuerat. tu aūt terciā quādā a te cogitatam premisisti. cui diuisionem a geometris non visam inseruisti. multaq̃ alia ibidē nescio qua ductus ratione addidisti. D. Due ille sphere descriptiones quas homo hic ab Euclide et Theodosio sumpsit obscure. difficiles sunt. magis q̃ introductionem deceat. aliaz igitur facilioremet si non verba mentem tamen oim geometrarū continentem anteponere fuit necesse. qua pre via due alie facilius intelliguntur. Inde vero sphere diuisionem ab autēticis geometris habitam subiunximus. duasq̃ auctoris descriptiones alteri sectionis parti (vt Euclidis et Theodosij specialiter spheram diffinientium sensus clarior haberetur) aptauimus. orbem quoq̃ alterum prefate diuisionis membrum (quem etiam auctor iste paulo post spheram sicut multi geometre appellauit) statim diffiniuimus atq̃ distinximus. que ad quarti capitis intelligentiam non paruū momentum afferre videbuntur. axis preterea diffinitionem quedam adiecta particula completam effecimus. et demū predicta omnia ad mundi corporei machinam (vt tractatus insinuaretur intencio) applicauimus. B. Recte factum. sed dic queso cum auctor iste sphere diuisionem eius diffinitioni (nec absurde) dyalectico artificio subiunxerit: vt quid tu textu eius resecto forme mundi dispositionem subnectens ei⁹ litteram peruertisti. D. Michi non peruertisse sed conuertisse potius videor. prima nāq̃ diuisione quam secundum substantiam dirit non totam sphere cōmunitatem sed spheram dūtaxat vniuersi partiri intendebat. que vniuersalis mūdi machine diuisione nondum habita poni non debuit cum sit hec illius sub diuisio. Secundam autem per accidens scz sphere diuisionem capiti secundo vbi de recto et obliquo horizonte fit sermo reseruauimus. B. Nec iniuria profecto. vt quid enim neutiq̃ necessariam sphere diuisionē apposuerit vniuerse compagis formam pollicitus explanare non facile coniectari possim. Sed nec quare tu decimam facias spheram nouem solum ab auctore Ptholemeum Alphraganum Thebit ceterosq̃ antiquos secuto sufficienter enumeratis perpendere valeo. D. Perpendes vt video quādo rationi cedere incipis. Denus enim celorum mobilium numer⁹ a modernis astrologis congruentissime ponitur: qui triplicem octaue sphere cognoscunt lationē. quos idcireo probauim⁹ quod exactissime omniū celestium motuū tabule Alphonsine hunc celorum numerū sibi prestituunt. B. Senus et patriam preferes qui clarissima hyspani principis monumenta ꝑ viribus tueri et ampliare conaris. D. Sic etiam quando ratio consonat fidos decet subditos. sed tu textum prosequere. B. Ubi celi reuolutio sensibilib⁹ experimētis comprobat cōmode satis vt reor apparētia inferioꝝ motuū signa adiecisti. Sz dic michi cū de celi rotūditate agit quare rationē Alphraganī qua ꝓbat celū multi latez planūq̃ nō esse pmutasti. D. Apperiā vt potero silfam eius legeris. B. Si celū inq̃t esset planū aliq̃ pars celi esset nobis propinquior alta illa scz que esset supra caput nostrum. D. Et si motu firmamenti angulus ad zenith no-

strum peruenias costa autem od horizontem: nūquid que supra caput nostrum esset stella nobis propinquior ceteris esset que in horizonte? B. Nequaq̄. et cognosco idcirco te non sine causa sequentem etiam litteram immutasse precedentiq̄ concordem effecisse. Et que iuxta rotunditatem/ordinem/motum/et quantitatem elementorem apposita sunt: non paruā utilitatem cum his cōmentationibus allatura. Sed discutienda ceteris sunt quo clarior michi et aliis veritas eluscescat. Ad secundum igitur capitulum transeamus in quo pauca adiecisse videris litteram etiam non multis in locis immutasse. D. Nec expediebat quidem nisiq̄ vbi de zodiaco circulo agitur littere seriem pro maiori facilitate transmutauimuo. ⁊ nonnulla de longitudine et latitudine locorum habitabilium terre (que facilem in cosmographiā Ptholemei aditum prebeant) circa meridianū et horizontem diseruimus. B. Verum certe ais. pulchro essi ordine suis i locis cuncta inseruisti. Expediendū est tamen id in quo sepius tam lectores q̄ auditores velut in salebra herent cognituq̄ difficilimū putāt ortus scz ⁊ occasus signorum prout astronomi sumūt. quem is duplicem rectum scz ⁊ obliquum posuit tu tertiū excogitans parem his addidisti. D. Ne videlicet signorum que equali tempore cum totidem gradibus equinoctialis ascendunt: hec recta hec vero obliqua faterer. ⁊ q̄ nonnulla sint quibus neutrius ortus diffuitio competere valeat. B. Ea vt puto que triginta dumtaxat equatoris gradus in suo ascensu cōmitantur. D. Ea ipsa. B. Me quidem nonnunq̄ magna huius rei ambiguitas tenuit que te audito pulsa omnis euanuit. D. Hoc nichil est sed que sequuntur plerisq̄ ardua viscq̄ intelligibilia/alis autem veritas disona visa sunt. B. Vos tu videris probasse qui nouas regulas interseres eius textum in hac parte oīno deleuisti. D. Nec id absre factū cēsebis si modo michi auscultes. quod vt leuius fiat eius verba profer. B. Et est inquit sciendum q̄ in sphera recta quatuor quarte zodiaci inchoate a quatuor punctis duobus scz solsticialibus ⁊ duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus/id est quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore quarta equinoctialis illi conterminalis perorit. D. Cuius queso rei noticiam hoc capitulum pollicebatur. B. Id titulus monstrat ortus scz et occasus signorum in vtraq̄ sphera. D. Ut videlicet que signa recta que ve obliqua vbiq̄ habitantibus oriantur et occidant eo tradente cognoscam⁹. cum igitur non omnes partes zodiaci equas habeant ascensiones et occasus opus fuit in aliquibus eius arcubus equalitatem ascensionū inuenire. B. Et id quidem auctor iste belle admodum explanauit cū quartas zodiaci in sphera recta sibi ipsis in ortu et occasu per hoc equari ostēdit q̄ cum qualibet earum nonaginta gradus equinoctialis ascendant arcq̄ descendunt. D. Potius igitur dicendum fuit id est quantum temporis consumit vna quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore alia quarta eiusdem zodiaci ab eisdem punctis terminata perorit. similiter et de occasu. B. Paruū quid hoc est facileq̄ ex auctoris litera haberi potest. D. Non tamen ab omnibus presertim incipientibus quibus introducendis presens dirigebatur opusculum. Sed age q̄ quis ad quartas equinoctialis relatione facta id quod sequitur (partes illarum quartarum variantur nec habent equales ascensiones) forsan tibi sicut et aliis multa difficultatem ingeret precipue quod in hui⁹ declarationem paulo post subdit inqens. Et notandum q̄ non valet talis argumentatio isti duo arcus sunt equales et simul incipiunt oriri et semper maior pars orit de vno q̄ de reliquo ergo ille arcus citius perorietur cuius maior pars semper oriebatur. B. Quid hic nota dignū inuenisti. licet enim cū tota zodiaci quarta tota etiam quarta equinoctialis oriatur: non tamen cum quantacūq̄ quarte signiferi parte tanta quarte equatoris pars orit. vt pote cum vno zodiaci signo non vnum equinoctialis signum sed quandoq̄ plus quandoq̄ minus signo conscendit et sic partes ille variantur. D. Pij lectorio officio fungeris sanā dum queris dictorum intelligentiam. hunc etenim sensum ipse approbo. quem etiam in textu nouissime apposito expressi. sic autem nolle se intelligi auctor ipse paulo post monstrat cum subdit. si enim sumatur quarta pars zodiaciq̄ est a principio arietis vsq̄ ad finem geminorum semper maior pars orit de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi conterminabili et cetera. Alio igit modo et quidem ab omni astrologica veritate alienissimo hanc partium varietatem accepit quam tu expo-

De additōib⁹ scōi capituli

De additōib⁹ tercij capituli

fueris. B. Neq; hic sensus a veritate defferre michi videtur. D. Immo multum differt. assumpta enim ortus obliqui diffinitione prius habita ab orbusq; concessa. et hoc sub sumpto auctoris dicto vnum manifeste falsum cõcluditur predicta scz omnia tria signa prime quarte zodiaci eorumq; opposita oblique oriri/reliqua vero sex signa recte sub equatore habitãtib⁹. q; astrologorum etiam mediocriter docti facile negabunt. B. Mira quadã affectiõe huic homini aduersari conaris cum tamẽ ipse sane intelligi possit. ratione eiũ a principio quarte facta semper alterius duarum quartarum simul orientium vsq; ad earũdem finem maiorẽ partem ortam videbimus. quod in dissolutione formate contra se argumentationis auctor palã ostendit. nec ortum rectum aut obliquũ horum signorũ (vt tu ei impingis) docere hic voluit. D. Dui. quorundam glosatorum quos inter exponendum textum castigauim⁹ opinione fallebris. Illi quidem verbum hoc semper maior pars oritur id est orta est glosant: qui quã incpte dicãt ibi videre poteris. Auctor vo. z si non fecerit debuit tamen que signa recte que ve oblique in sphera recta oriantur z occidant diuisim quãtum introductio patitur determinasse vt a principio promissis finem imponeret. B. Optime loqueris. ignauus enim doctor est qui se multa ostensurum promittit que postea tradere aut nequit aut negligit. Eundem quoq; errorem ei ascribendũ putabis cum de ortu signorum in sphera obliqua loquens ait. due medietates zodiaci que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus adequantur in suis ascensionibus partes autem illarum medietatum variãtur secundũ suas ascẽsiones. quoniam in illa medietate ꝛc. D. Et re vera maiorem quanto medietas quartam magnitudine excedit. aut enim proposito non satisfacit: aut omnia sex signa que sunt a principio arietis vsq; ad finem virginis oblique/eorũ autẽ opposita oia recte oriri in sphera obliqua eodẽ modo cõcludit. qõ quam falsum sit tabulas ascensionũ aut astrolabium consulens experiri poteris. B. Necessario veteris argumento. nec quid pro eo respõderi possit video. teq; philosofice reipublice nõ parum cõmodi hac tua editione adducturũ cõficio qui materiam istam omnibus pene difficillimam tua opera sic per viam effeceris/atq; regulas de occasu signorum in vtraq; sphera ab auctore isto pretermissas/modũq; ascensionũ signorum in diuersitate horizontis obliqui/et in plaga meridionali eidem ignotum tradidisti. D. Sed hec vt plenius intelligas: Tu qui tanto tempore in hac auctoris nostri editione laborasti dic oro ex eius ipsius verbis que signa recta nascuntur que ve prona descendũt in sphera hac parisiensi. B. Medietates que a pũctis equinoctialibus sumũtur sibi conterminatis equatoris medietatibus in ascensionibus adequari respondebo. D. Et ego idem querẽti obliquũ circulum simul cũ toto equinoctiali oriri equa facilitate subiungam. B. Non igitur recte responsum arbitraris. D. Tu ipse iudica. B. Nequaq̃. respondendum enim sigillatim fuit hec signa recte hec vero oblique ascendere quod auctor noster pretermisit. et tu hisce regulis vsus belle admodum perstrinxisti. D. Id preterea quod subiungitur a nemine vicio dandũ forte putabis. B. Quid nam. D. Arcus autem inquit qui succedunt arieti vsq; in finem virginis in sphera obliqua minuũt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuũ in sphera recta quia minus oritur de equinoctiali ꝛc. B. Ecquem hic errorem deprehẽdis? D. Crassus nimis patensq; est z qui nulla queat tergiuersione celari. Cancer eñ leo et virgo que sunt prime medietatis signa in sphera obliqua non minuũt sed ascensiones suas notabiliter augent. Econtra autem capricornus aquarius z pisces in secunda medietate ortu suo nimis diminuta videntur ab eo quod erat in sphera recta. B. Ita certe monstrant ascensionũ tabule. et ego quidem hunc hominẽ cuncta que dixisset a clarissimis viris delegisse arbitratus magnam hucusq; ei fidẽ adhibui. D. Nec minorẽ deinceps adhibeas oportet. nullius cũ vt dixim⁹ ex hoc auctoris nomen denigratur fama ve minuitur q; nonnũq; ab aliis corrigat. quãdoquidẽ z ipse si adesset errorẽq; perciperet seipm corrigeret aut corrigẽtib⁹ ꝛsentiret. Nec bñ dicẽtib⁹ solũ vt nr dictat phs gratie habẽde sunt sz hiis etiã qui aliter enũciauerũt. nec fuit vnquã tã grandis doctor (seclusis hiis qui sacros libros scripserunt) qui in multis non cespitauerit. vnde puerbiũ illud exortũ est quandoqs bonus dormitat Homerus. omnes nãq; priores nostri quantũ ipsi valuerũt coadiutores in veritatis adinuentione posteris sese prebuerunt. quare eos amore quodam prosequi debemus

qm̃ primi se in palestra hac nostra litteraria exercuerunt ⁊ tutam nobis patefecerunt aditū, hoc tamē pacto vt rationi sit semp plusq̃ auctoritati hūane credendū. B. Ita faciunō cēseo. sed cetera si quis sunt absolue. D. Ea pponere tua interest. B. Cum de diuersitate dierum ⁊ noctium artificialiū sermo est duplici eius rei causa existēte non absq̃ ratione te scōāz prime anteposuisse opinor. D. Quia scz ortum ⁊ occasum diuersum signoꝝ dierum ⁊ noctiū diuersitas sequitur. vnde ⁊ causa que ex ascensionū diuersitate sumitur prior atq̃ efficatior nobis visa est ea que ex inequalibus circuloꝝ portionibus accipitur. B. Recte factum. nec recte minus clariorem dimatis diffinitionē videris adiunxisse. D. Age dum quarti capitis additiōes aggrediamur. B. Notandū inquit q̃ sol habet vnicū circulum per quem mouet in superficie linee ecliptice ⁊ est eccētricus. D. Rides vt opinor absonū elocutionis exordium. B. Ita est sunt nāq̃ petulanti splene cachino. D. Quid queso in hoc capl'o auctor ostendēdum pposuerat. B. Proprios planetarū motus quos p circulos eccentricos ⁊ epicicios opinione Ptholemei saluare nititur. vnde et a circulis recte exorsus est. D. Nonne motus oīs corporis est. B. Id phisica theoria demōstrat. D. Circulis igitur qui corpora non sunt motus attribuere non debuit. B. Fateor. D. Atq̃ idcirco corporeoꝝ orbium dispositiōes quas ex Purbachij theoricis delegimus huic parti adnexuim⁹. ⁊ hij motuū planetarū cause sunt. Circulos etiā quos non incōmode astrologi ymaginantur auctoris littere consorniter adiūximus. De motibus quoq̃ none ⁊ stellate sphere pauca quedā inseruim⁹. Nec non diuersas planetarū passiones explicauim⁹. B. Abūde certe cūcta pplexus es. quibus neglectis rei quesite vel minima noticia haberi non potuit. Sed nichil hacten⁹ de eclipsib⁹ tetigim⁹ quas hic michi semp eclipsasse visus est. ita eēm̃ breuiter loquur⁹ est vt paucissima a astrologo digna notauerit generalia dūtaxat nec ea oīa intexens. D. Nec ob hoc carpend⁹ venit. tanta eēm̃ tāq̃ difficilia sunt que plenam de eclipsibus noticiam prebent vt longe multo maiorem tractatum expostulent q̃ introductionem deceat. nos tamē pro virili nostra elaborauimus vt q̃uis omnia nota non fierent que tamē potissima visa sunt nequaq̃ pretermitterētur. B. Immo ita eclipsium tā luminarium q̃ aliarum stellarū causas/ diffinitiōes/ ⁊ diuisiones diseruisti vt nichil pene intactum relinqueretur. D. Terminos etiam nōnullos quātitatē/ durationē/ varietatēq̃ eclipsiū concernentes quo singula clarius intelligerētur in calce operis adiecimus. B. Probe certe admodum. D. Contētus itaq̃ es ⁊ tibi vt hec edantur satis placet. B. Placeret vtiq̃ si pu⁹ hec Rodericus noster vasurtus resciuisset. q̃ ita profunde vt nosti mathematica hec callet vt alter nostris temporib⁹ Alphonsus appareat. adde etiam q̃ nostri amantissimus est ⁊ nisi q̃ verum cognouisset consuluisset nichil. D. Id loco⁹ interualla non patiūtur noui tamē hoīs ingeniū qui cum recte ⁊ tantoꝝ viroꝝ exemplis me hec fecisse cognouerit non poterit nō pbare. Nec eēm̃ coī hoīm morbo laborat. B. Nisi falsam hanc opinionē a me repulisses que de patrie tue parētis laudibus concinui (eā eēm̃ mirū īmodū extollere cōsuesti) edacibus flāmis mandassem. edes tamē suis collegij petā ad te q̃ primū delaturus. tu me interim operire et scapham cōscende pisces hamo decepturus. D. Abi igitur. B. Nūq̃ michi futurum putabā vt opinionem hanc ita contentus desererē leto⁹ tamē q̃ nūc verum cognoscam. sed pperandum est. D. Grande aliquid michi hodie effecisse videor qui amicū ita a stulta estimatione deiecerim. prosuit tamē vnū quod ⁊ si nonnūq̃ verbis tēm̃ pugnatum est vbi tamē veritatē ratio monstrauit illico aquiescere videbatur. scz scio alioꝝ pertinaciā hac via deleri non posse. qui ⁊ multi sunt ⁊ nulla prorsus ratione ducantur. sed eccum ipm̃ redeuntem. festinus certe es. B. Quid piscatus es? D. Poeticum illud quo me paulo ante deterruisti. B. Ecce adsunt carmina que in Daroce cōmendationē ludētes coniecimus vt cū q̃ tenuis nostra minerua cōcessit.

De additōib⁹ quarti capl'i

Rodericus vasurtus

¶ Gunsali Egidii Burgensis Carmen.

Qui sacros latices optas haurire minerue:
Qui cupis ex paruo discere multa libro:
Huc ades ingentes Petri cognosce labores.
Cuius mellifluo manat ab ore melos.
Cui fauet ex alto deus ipse et sincera virgo/
Quēq; latent clari syderaque nulla poli.
Hunc daroca hesperie genuit grauissima tellus:
Altera bethleem grandia dona tenens.
Nascentis domini teneros ea suscipit artus:
Hanc ille ingreditur mensa nota petens.
Nam mahumet eis perculsi durius armis
Proponunt alto reddere corda deo
Aragones cristo dediti. atq; expellere regno
Mauros. tunc Xariuam perfide gaza tenes
Hancq; berengarius non multo milite septus
Expugnaturus numina sancta vocat.
Et iubet extemplo bellantum turba virorum
Pandat presbitero crimina cuncta libens.
Ipse sed imprimis (ductores quinq; sequuntur
Quos prior intererat) non benefacta plat:
Dumq; sacro christi festinant corpore pasci:
Prefecti et fundunt vota precesq; deo:
Ecce ruit vasti per summa cacumina montis
Hostis: et indomitus prelia gaza ciet.
Linquunt sacra duces. concurritur agmine facto
In mauros. ocho plurima turba datur.
Victores redeunt fouit quos christus Ihesus.
Numine quo fretum duro timere nefas.
Cristicole illesi mortis non occubat vllus.
Equibus est octo vulnera pauca premunt:
Dumq; pancin viuū repetunt (quē forte sacerdos
Cum putat attonitus cuncta parata neci:
Lintheolo inuoluens nitido decliue sub antrum
Multa timens ipso clauserat in nemore):
Quot prius in mensa cerealis liba minister
Sacrarat: totidem carnea frusta vident.
Que lino illisa et rubeo concreta cruore
Non vi non vllo forte mouere queas
Non hec vulcanus nec adunco forcipe cyclops
Auellat. vires impluit ipse deus.
Obstupuere omnes. patrias mittuntur ad vrbes:
Qui mauros victos miraq; facta ferent.
Et simul exquirant que sit sentencia cunctis:
In que nam sacrum mensa corpus est.
Miracloq; viri attoniti stupideq; puelle
Undiq; conueniūt cernere sacra suidi.
Scinditur incertum studis incontraria vulgus.
Muros quisq; optat claudere sacra suos.
Una sed e multis placuit sentencia eandem:
Donanda hec linquit numere tanta deo.
Extruitur cepsa auroq; argentoq; superba.
Quam preciosa nimis multaq; gēma tegit.
Huic sacra includūt. optentq; ex omnibus vnam
Quadrupedem. hanc tāto pondere capsa pmit
Et ne forte domū repetat/pastus ve moretur
Pratorum: gemino lumine destituunt
Subiiciuntq; oueri. ducit deus ipse vagantem/
Necerrare sinit/qua sed oportet agit.
Per varias vrbes nunc has nunc preterit illas
Velox nec media sistitur illa via.
Insomnisq; manens/libauit flumina nūquam:
Nec pasta est multo pondera passa die.
Est daroca contra quod non via longa remouit
Templum/nunc clara relligione sacrum:
Quō Marco obtulerat patrū cariosa vetustas
Huic soliti ciues vota precesq; dare.
Destitit hic quadrupes longum testata laborem
Et subito casu viscera rupta dedit.
Cum pamū Daroce conscendit mensa rumor:
Sestaq; sunt cunctis iam patefacta viris:
Occurrunt leti domino iuuenesq; senesq:
Atq; sacerdotum maxima turba ruit.
Excipiunt corpus/sacraq; in sede Marie
Condunt miraclis splendet vbi assidua.
Cūq; dei corpus gaudent celebrare per orbem
Cristigene/et censum cōmemorare sacram:
Multorum hic adsunt tunc agmina densa virorū:
Qui Darocam ⁊ sacrum cernere corpus suēt.
Quā multi inferni manes/q; spissa malorum
Turba: et quot classes fert mare velivolum.
Tam multa hic varie vocis discrimina lingue.
Tam varios homines ciuitas vna capit.
Mendax nec tantum miratur grecus athenas:
Victrici ve aquile gloria tanta fuit:
Nobileq; Daroce clariusq; hyspania nomen
Tollit: et ad superos ignesq; astra refert.
Quare age quē clarii delectant premia phebi:
Quem dulci gremio doctis thalia fouet:
Quem varios solis cursus phebesq; labores:
Horrida quem celi noscere signa iuuat:
Huc ades ⁊ docti perpendas dogmata lector
Petri. qui tantam gaudet habere matrem.
Hic tibi qua pugnax mundus compage tenetur
Monstrat. et ethereum que via corpus habet.
Hic ingē verbis perstrinxit plurima paucis.
Nunc sequere et poteris grandia nosse. Vale.

¶ Ex ade prothoplausti inobediencia omnes eius posteri impotentiam simul ⁊ ignorantiam incurrerunt. vnde et Aristoteles magnus ille philosophus proprie conscius fragilitatis/difficile inquit nono methaphisice est hominē errores vitare. Quod et si in cunctis humanis actibus euenat: in libris tamen scribendis ob litterarum/syllabarum/dictionū/⁊ orationū varietatem (in quibus omnibus eque attentū correctorem adesse haud facile est) id creberrimū fit. Quare si in hac nostri operis editione (quam dedalicis artificibus formandā credidimus) litterarum excessu deffectu aut transpositione permutatione ve alicubi mendas perceperitis: id ministrorū tum ignorantie tum incurie non malicie ascribite qui profecto nature instar monstrum cultare perfectumq; reddere opus intendebant. In epigrāmate tamē tori operi premisso vbi Si varias axes repperitur: dicendum fuit varios. Et infra Quos pmit: aut surgens porroget: loco proroget ponitur. postea sequitur. Sideros ortus. pro sidereos. Inde subditur. Orbis vt incisus septena erraucia versit. esse debz verset. Et in versu Est ca put augustum: dici debet angustū. Tandem cum dicitur Nūc pholemee redis. ponendū est ptholemee. Cetera si qua sint errata diligens corrigat lector. Deo grattas.